appeto, greifen, trachten, streben, verlangen, begehren, angreifen, part. begierig: I. quo primum natura moveatur vel ad appetendum vel ad repellendum; fin V 18. et appetendi et refugiendi initia proficiscuntur aut a voluptate aut a dolore; fin I 42. — II. ut appetat animus agere semper aliquid; fin V 55. — III, 1. quod alieni appetens; de or II 135. quoniam semper appetentes gloriae atque avidi laudis fuistis; imp Pomp 7. eadem ratio fecit hominem hominum appetentem; fin II 45. — 2. a quibus ille se lapidibus appetitum esse dixit; dom 13. quantum sibi illi oratores de praeclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint; de or III 128. appetuntur, quae secundum naturam sunt, declinantur contraria; nat III 33. ut neque provinciam neque honorem neque ornamentum aliquod aut commodum appetiturus sim; agr I 25. genus illud Sullani regni iam pridem appetitur; A VIII 11, 2. honorem, al.: f. commodum. ego inimicitias potentium pro te appetivi; Milo 100. appetam huius rei principatum: ep XI 6, 3. Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata; dom 101. quod est ultimum rerum appetendarum; fin IV 32. cum dormienti ei (Cyro) sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetivisse manibus; div I 46. virtutes nos magnificentius appetere et ardentius; fin IV 4. filii vita infesta, saepe ferro atque insidiis appetita; Sex Rosc 30.

Appietas, Adel der Appier: ullam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus quam ornamenta virtutis existimas? ep III 7, 5.

appingo, hinzumalen, hinzuschreiben: epistulam superiorem restitue nobis et appinge aliquid novi: A II 8, 2.

applicatio, Zuneigung, Anschluß an einen Patron: I. ius applicationis obscurum sane et ignotum; de or I 177. — II. mihi videtur orta amicitia applicatione magis animi quam . .; Lael 27.

applico, anschließen, verbinden, richten, wenden: quod in itinere se tam familiariter applicaverit; inv II 43. cui Romae exsulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicavisset; de or I 177. me ad Molonem applicavi; Bru 316. ad eorum se familiaritatem Oppianicus applicarat; Cluent 46. cum ad flammam se applicaverunt; Tusc V 77. se alii ad philosophiam, alii ad ius civile, alii ad eloquentiam applicant; of I 115. eloquentissimi homines ad historiam scribendam se applicaverunt; de or II 55. misericordia commoti navem ad eum (naufragum) applicarunt, hominem ad se sustulerunt; inv II 153. siquidem omnes vires civitatis se ad Pompei ductum applicaverunt; ep III 11, 4. ut (voluptas) ad honestatem applicetur; fin II 37.

appono, vorsetzen, hinlegen, beigeben, hinzufügen, aufstellen, part. nahe liegend, geeignet, brauchbar: I. appositus erat Venuleius quidam, qui emeret; Ver III 99. ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa esse videatur; Ver IV 126. si quid aut ad id appositum sit, quod nos interpretemur, aut ei, quod adversarius intellegat, adversetur; inv II 117. audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum; inv II 165. volo videre animum, qui mihi audeat ista, quae scribis, apponere; ep IX 16, 8. quid te in vasis fictilibus appositurum putem? A VI 1, 13. caupo alterius gladium propter appositum e vagina eduxit; inv II 14. nunc ad praemii quaestionem appositos locos exponemus; inv II 112. extrudimur ab ipso loco minime apposito ad tolerandam calamitatem; A III 14, 2. apposita secunda mensa; A XIV 6, 2. reliquis epistulis tantum faciam ut notam apponam eam, quae mihi tecum convenit; ep XIII 6, 2. — II. accusator apponitur civis Romanus; Ver I 74.

apporto, herbeibringen, hinbringen: (mercatura) multa undique apportans; of I 151. ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere; Ver III 172. P. Servilius quae signa atque ornamenta ex urbe hostium sustulit, ea populo Romano apportavit; Ver I 57.

apposite, geeignet: medici officium esse curare ad sanandum apposite; inv I 6. dicere apposite ad persuasionem; inv I 6.

apprehendo, ergreifen, bei der Hand fassen, Besitz ergreifen, sich aneignen: eum (L. Furium Scipio) ut salutavit, amicissime apprehendit et in lecto suo conlocavit; rep I 17. quod ex illius (Socratis) variis et diversis disputationibus alius aliud apprehenderat; de or III 61. vites sic claviculis adminicula tamquam manibus apprehendunt; nat II 120. istum (Caesarem) apprehendere Hispanias; A X 8, 2.

approbatio, Zustimmung, Billigung, Anerkennung, Darlegung, Beweis (s. **adsumptio**): I. separatum est quiddam a propositione approbatio; inv I 62. separatum quiddam extra adsumptionem est approbatio; inv I 64. — II, 1. illud perspicuum est, approbationem tum adiungi, tum non adiungi; inv I 66. poëma reconditum paucorum approbationem, oratio popularis adsensum vulgi debet movere; Bru 191. utraque approbatione praeterita; inv I 72. negant neque a propositione neque ab adsumptione approbationes earum separari oportere; inv I 60. — 2. hoc si non constat, indiget approbationis; inv I 63. — 3. quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione; of I 128. nunc de adsensione atque approbatione, quam Graeci *συγκατάθεσιν* vocant, pauca dicemus; Ac II 37. — III. egit causam tanta approbatione omnium, ut . .; Sest 107.

approbator, Billiger: etsi, quamvis non fueris suasor et impulsor profectionis meae, approbator certe fuisti; A XVI 7, 2.

approbo, zustimmen, billigen, anerkennen, bestätigen, behaupten, beweisen: I. latae sunt (leges) consulibus illis approbantibus; Sest 55. quod genus legationis ego consul approbante senatu frequentissimo sustulissem; leg III 18. — II. approbant ita fieri oportere; Ver IV 142. s. III. alqd.; A VI 9, 1. — III. approbatum est, quod homines, cum dubium esset, quale haberi oporteret, sua constituerunt auctoritate; inv I 48. quod actum est, di approbent; ep II 15, 2. id videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse; A VI 9, 1. sin has caedes et rapinas et hos tantos sumptus aut facient aut approbabunt; Sex Rosc 139. populi comitia ne essent rata, nisi ea patrum approbavisset auctoritas; rep II 56. ego meum consilium, si praesertim tu non improbas, vehementer approbo; Q fr III 4, 2. vim et eventum agnosco, scio, approbo; div I 16. ne approbet falsa pro veris; Ac II 53. cum propositio est || sit || hoc pacto approbata; inv I 59. rapinas, sumptus: s. caedes. vim: s. eventum. — IV. quae prima natura approbavisset; fin II 42.

appromitto, auch in seinem Namen versprechen: cum id ita futurum T. Roscius Capito appromitteret; Sex Rosc 26.

appropero, sich beeilen, hineilen: nisi ad cogitatum facinus approperaret; Milo 45. fac ut eum (Lucceium), ut approperet, adhorteris; A IV 6, 4.

appropinquatio, Annäherung: cum angantur appropinquatione mortis confecti homines senectute; fin V 32.

appropinquo, herannahen, sich nähern, nahe daran sein: Milonem appropinquare; Milo 48. qui ad summam aquam iam appropinquent; fin IV 64. cum appropinquare tuus adventus putaretur; ep II 6, 1. caedes atque incendia et legum interitum et bellum civile appropinquare; Catil III 19. ut et illi poena et nobis libertas appropinquet; Phil IV 10. mors cum appropinquet; fin V 31. poena: s. libertas. quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret; Sulla 54. — II. qui (catulus) iam appropinquat ut videat; fin III 48.

appulsus, Annäherung, Einwirkung: I. ut omnes minimos et frigoris et caloris appulsus sentire possimus; nat II 141. II. quod pars earum (regionum) appulsu solis exarserit, pars obriguerit nive longinquo solis abscessu; nat I 24. tribus modis (Posidonius) censet deorum appulsu homines somniare; div I 64.

apricatio, Aufenthalt im Sonnenschein: I. unam mehercule tecum apricationem in illo lucrativo || Lucretilino || tuo sole malim; A VII 11, 1. — II. ubi potest illa aetas calescere apricatione melius? Cato 57.

apricor, sich sonnen: offecerat (Alexander Diogeni) apricanti; Tusc V 92.

apricus, sonnig: nullo aprico horto; ep XVI 18, 2. in locis illa naturalia (spectantur), opaci an aprici; part or 36.

apte, genau, passend, geschickt: si eius verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages aut cogitabis; div II 83. ita apte mundus cohaeret, ut . .; Tim 15. si quae veteres illi apte numeroseque dixerunt; orat 219. quid eorum apte fiat; of I 146. ut ad rerum dignitatem apte et quasi decore (loquamur); de or I 144. nisi omnia in istam quadrare apte viderentur; Cael 69. oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis; de or III 222.

apto, anpassen: est hoc verbum ad id aptatum, quod ante dixerat; de or III 162.

aptus, angefügt, abhängend, haftend, entspringend, zusammengefügt, verbunden, aus-

gestattet, passend, geschickt, geeignet, tauglich: A. cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem; de or I 99. ego neminem nec motu corporis neque ipso habitu atque forma aptiorem mihi videor audisse; de or I 132. (Thucydides) ita verbis est aptus et pressus, ut . .; de or II 56. (Scaevola) verbis erat ad rem cum summa brevitate mirabiliter aptus; Bru 145. aptior etiam Palicanus auribus imperitorum; Bru 223. natura sumus apti ad coetus, concilia, civitates; fin III 63. quod alii ad alia bona sunt aptiores; Tusc IV 28. nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese; par 17. apta inter se esse intellegemus haec, quae negotiis, et illa, quae personis sunt attributa; inv II 44. nunc, quid aptum sit, hoc est, quid maxime deceat in oratione, videamus; de or III 210. efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum; orat 233. quod verum, simplex sincerumque sit, id esse naturae hominis aptissimum; of I 13. (ossa) commissuras habent ad stabilitatem aptas; nat II 139. figuram corporis habilem et aptam ingenio humano (natura) dedit; leg I 26. ii sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum et congruens nomino; de or III 53. gladium e lacunari saeta equina aptum demitti iussit; Tusc V 62. o hominem, semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suavem! ep XII 30, 3. ut eam (legem) cuperem esse aptam vestris commodis; agr II 15. omnes illi quidem (loci) ad plerasque (quaestiones), sed alii ad alias aptiores; Top 87. placet aptiora esse naturae ea officia; of I 153. ad haec omnia percipienda os est aptissimum; nat II 134. virtus habet plures partes, quarum alia est alia ad laudationem aptior; de or II 343. quod (pecus) erat ad vescendum hominibus apta; nat II 160. ex qua re una vita omnis apta est; Ac II 31. — B, I. quod multo maiorem habent apta vim quam soluta; orat 228. — II. facilius est apta dissolvere quam dissipata conectere; orat 235.

apud, bei, neben, vor, in der Nähe, in Gegenwart: I. **nach Verben:** accusatus est apud eos, qui . .; Cluent 59. cum apud pontifices res agatur; dom 117. cur honoris causa a te sunt et in hoc ordine et apud populum Romanum semper appellati? Phil II 31. apud Pompeium cenavi; ep I 2, 3. melius apud bonos quam apud fortunatos beneficium conlocari puto; of II 71. iis apud te mors et cruciatus erat constitutus? Ver V 153. apud quem tu etiam nos criminari soles; Vatin 29. causam nescio quam apud iudicem defendebat; Cluent 74. qui apud te pecuniam deposuerit; of III 95. apud quem deversatus es; Ver IV 37. in ea causa, quam ille contra me apud centumviros pro fratribus Cossis dixit; de or II 98. cum alter eius filius apud matrem educaretur; Cluent 27. facio: f. III. reus. quo tota Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet; Ver II 14. meas litteras maximum apud te pondus habituras; ep III 1, 3. haec (legatio) praesidii apud pudorem Pulchelli non habet satis; A II 18, 3. apud me habitavit; Ver V 77. apud quos laudamus; de or II 344. apud alios loqui videlicet (Demosthenes) didicerat, non multum ipse secum; Tusc V 103. cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar; de or II 189. isne apud vos obtinebit causam? Caecin 38. se apud ipsam plebem offendisse de aerario; A X 4, 8. quoniam mihi vel peccare apud te in scribendo licet; ep XIII 18, 2. qui apud istum plurimum poterat; Ver III 130. id profiteri apud decemviros iubet; agr II 59. cum male pugnatum apud Caudium esset; of III 109. ut testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim; ep II 3, 1. ut scriptum apud Philistum est; div I 39. cum etiam tum in lecto Crassus esset et apud eum Sulpicius sederet; de or II 12. quem (M. Scaurum) non longe ruri apud se esse audio; de or I 214. erant apud illum inlecebrae libidinum multae; Cael 12. in summo apud illos (Graecos) honore geometria fuit; Tusc I 5. tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, ut . .; ep X 22, 3. nihil me turpius apud homines fuisset; A II 19, 4. Scaevolam dixisti causam apud centumviros non tenuisse; Caecin 67. nec res ulla plus apud animos hominum quam ordo et ornatus orationis valet; Bru 193.

II. **nach Adjectiven:** auctoritate cari hominis, ut spero, apud civitates; ep III 10, 1. loco apud illos clarissimo; Ver II 50. ita gratiosi eramus apud illum, ut . .; A XV 4, 3. gravissima apud te voluntas patris esse debuisset; Ver II 98. C. Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor; leg II 56. subinvisum apud malivolos Postumi nomen; Rab Post 40.

III. **nach Substantiven:** Oileus ille apud Sophoclem; Tusc III 71. auctoritas: f. I. habeo. caritas: f. I. sum. domi splendor, apud exteras nationes nomen et gratia; Cluent 154. honos: f. I. sum. ne apud illos me in invidiam voces; Phil II 59. nomen: f. gratia. pondus, praesidium: f. I. habeo. nescio quid etiam de Locrorum apud Sagram proelio; nat III 11. apud eosdem iudices reus est factus; Cluent 59. horum (puerorum) sorores sunt apud nos virgines; inv II 2.

IV. **zum ganzen Satz gehörig:** apud Demetrium Syrum studiose exerceri solebam; Bru 315. apud Graecos Hercules tantus et tam praesens habetur deus; Tusc I 28. cum apud C. Cottam, familiarem meum, de dis immortalibus disputatum est; nat I 15. apud Stoicos de isto fato multa dicuntur; div II 19. tum fit illud, quod apud Platonem est luculente dictum; rep I 65. ut (M. Anneius legatus) castra in Lycaonia apud Iconium faceret; ep XV 4, 2. impendere apud inferos saxum Tantalo; Tusc IV 35. cum apud Lebadiam Trophonio res divina fieret; div I 74. quaesitum est apud maiores nostros, num is ad suos postliminio redisset; de or I 182. C. Popilius apud maiores nostros cum ad Antiochum regem legatus missus esset; Phil VIII 23. apud matrem recte est; A I 7. scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem; Lael 6.

aqua, Wasser, Gewässer, Wasserleitung, Quelle, Heilquelle, Bad: (gen. aquai: f. III, 1. alumnae): I. quo in summo (loco) est aequata agri planities et aquae perennes; Ver IV 107. aër et ignis et aqua et terra prima sunt; Ac I 26. aqua ferventi Philodamus perfunditur; Ver I 67. aquam, quam ii ducebant non longe a villa, belle sane fluentem vidi, praesertim maxima siccitate, uberioremque aliquanto sese conlecturos esse dicebant; Q fr III 1, 1. in hac causa mihi aqua haeret; Q fr II 6, 2. ut terra infimum (locum) teneat, hanc inundet aqua; nat I 103. ex terra aqua, ex aqua oritur aër, ex aëre aether, deinde retrorsum vicissim ex aethere aër, inde aqua, ex aqua terra infima; nat II 84. — II, 1. ille tenet, ut hostium copiae, tu, ut aquae pluviae arceantur; Muren 22. „quid", inquit, „homini Arpinati cum aquis calidis?" „narra", inquam, „patrono tuo, qui Arpinates aquas concupivit"; nosti enim Marinas; A I 16, 10. si aquam pluviam eam modo intellegeremus, quam imbri conlectam videremus; Top 38. f. I. fluit. duco: f. I. fluit. cuius (aëris) ortus aqua omni exhausta esse non posset; nat II 118. aquam ferentis mulierculae; Tusc V 103. intellego: f. conligo. novi: f. concupisco. video: f. conligo. I. fluit. — 2. quae (leges Caesaris) iubent ei, qui de vi, itemque ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici; Phil I 23. ut a Rhodiis aqua prohiberentur nostri milites; ep XII 15, 2. non

aqua, non igni. ut aiunt, locis pluribus utimur quam amicitia; Lael 22. — 3. qui (Axius) etiam me ad Septem aquas duxit; A IV 15, 5. deum (esse) eam mentem, quae ex aqua cuncta fingeret; nat I 25. orior ex: f. I. oritur. ego Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam; agr III 9. cum terra in aquam se vertit; nat III 31. — III, 1. »vos quoque signa videtis, aquai dulcis alumnae«; div I 15. qui (praetor) de minimis aquarum itinerumque controversiis interdicit; Caecin 36. de aquae ductu probe fecisti; A XIII 6, 1. natura futura praesentiunt, ut aquarum eluviones; div I 111. — 2. alqd cum: f. II, 1. concupisco. cum solarium vel discriptum vel || aut || ex aqua contemplere; nat II 87. — IV, 1. perfundi: f. I. fervet. ubi potest illa aetas umbris aquisve refrigerari salubrius? Cato 57. — 2. puto utrumque ad aquas; ep XVI 24. 2. quamquam huic (naufrago) praedictum in aqua esse pereundum; fat 5.

aquarius, das Wasser betreffend: in eo magistratu cum tibi magno clamore aquaria provincia sorte obtigisset; Vatin 12.

aquatilis, im Wasser lebend: bestiarum terrenae sunt aliae, partim aquatiles; nat I 103. vescimur bestiis et terrenis et aquatilibus et volantibus; nat II 151.

aquatio, Wasserholen: hic aquatio (est); of III 59.

aquila, Adler: I. Hirtius ipse aquilam quartae legionis cum inferret; Phil XIV 27. cum aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium [scelerum] domi suae fecerat, scirem esse praemissam; Catil II 13. — II. (Deiotarus) aquilae admonitus volatu; div I 26. — III. ab aquila Tarquinio apicem impositum; leg I 4.

aquilo, Nordwind, Norden: I, 1. alter (cingulus) subiectus aquiloni; rep VI 21. — 2. prope est spelunca quaedam conversa ad aquilonem infinita altitudine; Ver IV 107. — II quis in reliquis aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet? rep VI 22. — III. aquilonibus reliquisque frigoribus astrictus || adiectis || durescit umor; nat II 26.

aquilonius, nördlich: quae (regio) tum est aquilonia, tum australis; nat II 50.

aquula f. **acula.**

ara, Altar: I. quid est sanctius quam domus unius cuiusque civium? hic arae sunt, hic foci, hic di penates; dom 109. potest: f. II, 1. dedico. — II, 1. ne aram sanguine aspergeret; nat III 88. aram Malae Fortunae Esquiliis consecratam videmus; nat III 63. aram si dedicasti, sine religione loco moveri postest; dom 121. qui humanis hostiis eorum (deorum) aras ac templa funestant; Font 31. moveo: f. dedico. ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo, per epistulam, quod volet, iniuratus probabit? Flac 90. — 2. ego pulsus aris, focis, dis penatibus carui patria; Sest 145. — 3. qui nisi in aram tribunatus confugisset; sen 11. qui sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque detraxeris; har resp 28. — III. castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quadriduum; ep XV 4, 9.

araneola, kleine Spinne: ut in araneolis aliae quasi rete texunt, aliae autem ex inopinato observant: nat II 123.

aratio, Ackerbau, Pflanzung, Pachtung: I. quodsi hoc munus et hoc vectigal aratio tolerare, hoc est, Sicilia ferre ac pati potest; Ver III 201. — II, 1. is cum arationes magnas conductas haberet; Ver III 53. arationes omnes tota Sicilia desertas atque ab dominis relictas esse cognoscitis; Ver III 228. ut quaestuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur; Tusc V 86. quoniam hae quondam arationes Campana et Leontina grandiferae et fructuosae ferebantur; Phil II 101. habeo: f. conduco. relinquo: f. desero. — 2. cum in arationibus provincia Sicilia consistat; Ver III 48. — III. ut cum decumo fructus arationis perceptus sit; Ver III 114. quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in rem publicam fungi ac sustinere velitis; Ver III 199.

arator, Pflanzer, Pächter: I. hoc arator adsequi per triennium certe fructu suo non potuit, vendiderit instrumentum necesse est; Ver III 201. haec condicio fuit isto praetore aratorum, ut secum praeclare agi arbitrarentur, si vacuos agros Apronio tradere liceret; Ver III 70. aratores vi et metu coactos Apronio multo plus, quam debuerint, dedisse; Ver III 153. videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quaesisset; Ver III 198. potest: f. adsequitur. cum iam privatim aratores ex agris spoliati atque exagitati decumanorum iniuriis profugissent; Ver III 75. ut aratores in servorum numero essent, servi in publicanorum; Ver III 87. vendit: f. adsequitur. videtur: f. perdit. — II, 1. cogo: f. I. dant. labefactarat vehementer aratores iam superior annus, proximus vero funditus everterat; Ver III 47. exagito, spolio: f. I. profugiunt. en, cur magister eius ex oratore arator factus sit; Phil III 22. labefacto: f. everto. — 2. aratoris interest ita se frumenta habere, ut decumae quam plurimo venire possint; Ver III 147. — 3. facio: f. III. senatus ita decernit, ut pro his (alteris) decumis pecunia solvatur aratoribus; Ver III 42. — 4. ago cum: f. I. arbitrantur. ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non posset || possit || auferri; Ver III 20. C. Verrem ab aratoribus pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse; div Caec 30. — III. nihil te aratoribus reliqui fecisse; Ver III 178. — IV, 1. istum in aratorum bona fortunasque impetum fecisse; Ver III 142. si quem aratorum fugae, calamitates, exsilia, suspendia denique non permovent; Ver III 144. condicio: f. I. arbitrantur. quid est Sicilia, si aratorum numerum ac nomen exstinxeris? Ver III 226. quod lege Hieronica numerus aratorum quotannis apud magistratus publice subscribitur; Ver III 120. suspendia: f. calamitates. quod tabulis aratorum planum factum antea est: Ver III 189. — 2. scitote tantam acerbitatem istius, tantum scelus in aratores fuisse, ut homines mortem sibi ipsi consciverint; Ver III 129.

aratrum, Pflug: I, 1. Casilinum coloniam deduxisti, ut aratrum circumduceres; Phil II 102. nummos ut det arator, quos non aratro ac manu quaerit, boves et aratrum ipsum vendat necesse est; Ver III 199. — 2. ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinatum illum, ut dictator esset; fin II 12. — II. quaerere: f. I, 1. vendo. ut segetes agricolae subigunt aratris multo ante, quam serant; fr F V 24.

arbiter, Augenzeuge, Schiedsrichter: I, 1. mihi videtur Chrysippus tamquam arbiter honorarius medium ferire voluisse: fat 39. — 2. quis in hanc rem fuit arbiter? Q Rosc 12. — II, 1. quem ad modum finibus regendis adigere arbitrum non possis, sic . . ; Top 43. cur non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium, quaero; Q Rosc 25. remotis arbitris ad se adulescentem iussit venire; of III 112. (Hirtius) arbitrum me statuebat non modo huius rei, sed totius consulatus sui; A XV 1, 2. de quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem venisti! ceteri cum ad iudicem causam labefactari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt, hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus! qui cum de hac pecunia tabularum fide arbitrum sumpsit, iudicavit sibi pecuniam non deberi: Q Rosc 12. 13. — 2. ut omnibus in rebus te arbitro et, quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur; ep XIII 26, 2. — 3. adeo ad, al.: f. 1. sumo. amoeno sane et ab arbitris remoto loco; Ver V 80. — III. haec loca abdita (sunt) et ab

arbitris libera; A XV 16, b. — IV. ut domi suae caput suum sine testibus et arbitris ferro defendere liceret; Tul 50.

arbitratus, Gutdünken, Belieben, Ermessen: Chaereae arbitratu causam agebas; Q Rosc 19. quousque sententias dicemus veteranorum arbitratu? Phil XI 38. apud quem et quo more et cuius arbitratu sit educatus; inv I 35. dum res maneant, verba fingant (docti) arbitratu suo; fin V 89. mihi vos nunc quaestiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de or I 102. ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur; ep XII 30, 1. „concede, ut huic generi mortis potius adsentiar." at ille ridens „tuo vero", inquit, „arbitratu"; Bru 42.

arbitrium, Schiedsspruch, Schiedsgericht, Beurteilung, Belieben, Willkür, Bestimmung, freier Wille, funeris Leichengeld: I. iudicium est pecuniae certae, arbitrium incertae; ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus aut amittamus; ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil neque tantum, quantum postulavimus, consequamur; Q Rosc 10. orationem tibi misi. eius custodiendae et proferendae arbitrium tuum; A XV 13, 1. — II, 1. cum tu arbitria non mei solum, sed patriae funeris abstulisti; Piso 21. videre praetextos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris; dom 98. — 2. si servitus sit oboedientia fracti animi et abiecti et || abiecti || arbitrio carentis suo; par 35. — 3. ex rebus ab opinionis arbitrio seiunctis scientiaque comprehensis; de or I 108. summam vim esse dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur EX FIDE BONA; of III 70. si in existimantium arbitrium sua scripta non venerint; Bru 92. — III, 1. quarum (mulierum) iste arbitrio praeturam per triennium gesserat; Ver IV 136. e fontibus eorum (Stoicorum) iudicio arbitrioque nostro hauriemus; of I 6. cuius (Iovis) nutu et arbitrio caelum, terra mariaque reguntur; Sex Rosc 131. — 2. omnes, qui probari volunt, ad eorum (qui audiunt) arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant; orat 24. ad arbitrium tuum testes dabo; Ver V 164. in arbitrio rei uxoriae MELIUS AEQUIUS; of III 61.

arbitror, (arbitro f. II, 2, a. nat II 74), meinen, glauben, erachten: I. illud verbum consideratissimum nostrae consuetudinis „ARBITROR", quo nos etiam tunc utimur, cum ea dicimus iurati, quae comperta habemus, quae ipsi vidimus; Font 29. quid dices? an id, quod dictitas, iniuriam tibi fecisse Verrem? arbitror; div Caec 52. si ille, ut arbitror, aequus nobis fuerit; Sest 71. quod (tempus) mihi quidem magis videtur, quam tu umquam arbitratus es, appropinquare; Piso 94. non existimas cadere in sapientem aegritudinem? — prorsus non arbitror; Tusc IV 8. — II, 1. praeclare exigis, Quinte, ‹at ego effugisse arbitrabar›; leg II 7. — 2, a. quae est ista accusatio, quae planius se confirmare crimen libidine barbarorum quam nostrorum hominum litteris arbitretur? Font 4. errare homines, si etiam tum senatum aliquid in re publica posse arbitrarentur; Sest 28. cum dicimus providentia mundum administrari, deesse arbitrato || arbitrator || „deorum"; nat II 74. non arbitror cocum te arthriticum habere; ep IX 23. — b. rex ita discessit, ut se honorifice acceptum arbitraretur; Ver IV 62. qui se natos ad homines iuvandos arbitrantur; Tusc I 32. unde (legiones) redituras se non arbitrarentur; Tusc I 101. iis senatus arbitratur singulares exquirendos honores; Phil IV 5. — III. hoc cum ceterae gentes sic arbitrantur, tum . . ; Ver IV 106. cum non is eventus est, quem arbitrati sunt; inv II 21. — IV. quos amicos nostros arbitramur; Cluent 143. totius mundi se incolam et civem (Socrates) arbitrabatur; Tusc V 108. quis eas (virtutes) aut laudabiles aut expetendas arbitraretur? fin I 42.

arbor, Baum: I. arbores frondescunt; Tusc V 37. excisa est arbor, non evulsa. itaque quam fruticetur, vides; A XV 4, 2. arborem et „novellam" et „vetulam" et „vigere" et „senescere" (dicimus); fin V 39. — II, 1. arbores ut hiemali tempore, quia tum exsiccatae sint, tempestive caedi putentur; div II 33. dico: f. I. senescit. evello, excido: f. I. fruticatur. — 2. Tarquinii ista sunt cruciatus carmina: „CAPUT OBNUBITO, ARBORI INFELICI SUSPENDITO"; Rabir 13. — 3. da mihi ex ea arbore, quos seram, surculos; de or II 278. quam multa ex terra arboribusque gignuntur! Tusc V 99. pependit in arbore socius amicusque populi Romani; Ver III 57. quid in eis arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique nisi ad suam retinendam conservandamque naturam; de or III 179. — III. cum admiraretur Lysander et proceritates arborum et derectos || dir. || in quincuncem ordines; Cato 59. — IV. quoniam nequedum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur; leg fr 4.

arbustus, mit Bäumen besetzt, n. Baumpflanzung: A. agri arvi et arbusti et pascui lati definiebantur; rep V 3. — B, I. visam beluam omnia arbusta pervertere; div I 49. — II. vineis et arbustis res rusticae laetae sunt; Cato 54.

area, Kasten, Geldkasten, Kasse, Gefängniszelle 1. cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat; de or II 279. — 2. arcae nostrae confidito; A I 9, 2. — 3. subito abrepti (servi) in arcas coniciuntur; Milo 60. (pecunia) ex arca depromitur; of II 52. multum differt, in arcane positum sit argentum an in tabulis [debeatur]; Top 16.

arcano, im Geheimen: hunc (*ἀρχέτυπον*) tu lege arcano convivis tuis; A XVI 3, 1.

arcanus, geheim: quicum arcana, quicum occulta omnia? tecum optime; fin II 85.

arceo, einschließen, in Schranken halten, fern halten, abwehren, hindern: in quo quasi ius arcendi continetur; Top 39. — II. ut (Antonius) ab urbe tamquam pestifera flamma arceatur; Phil VI, 6. (alvus) arcet et continet, quod recepit; nat II 136. nec aqua in urbe arceatur; Top 23. aquae pluviae arcendae adigere arbitrum non possis; Top 43. f. copias. ut pudor cives non minus a delictis arceret quam metus; rep V 6. ille tenet, ut hostium copiae, tu, ut aquae pluviae arceantur; Muren 22. summus deus arcens et continens ceteros; rep VI 17. flammam: f. alqm. L. Brutus arcens reditu tyrannum; Tusc I 89.

arcera *plaustrum est rusticum tectum undique quasi arca*; fr K 1.

arcessitus, Einladung: cum ad eum (C. Cottam) ipsius rogatu arcessituque venissem; nat I 15.

arcesso (accerso f. II. alqm; par 28. res), holen, ableiten, herbeirufen, berufen, vorladen, anklagen, part. gesucht: I. cum omnes studio eius subitam fluminis magnitudinem scirent fuisse impedimento, tamen quidam capitis arcessierunt; inv II 97. — II. maiestatis arcessitur; inv II 74. cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent; Sex Rosc 50. cum magis invidioso crimine quam vero arcesseretur; Ver II 113. qui te statuarum nomine arcessat; Ver II 142. ex quo factum est, ut eum (Attum Navium) ad se rex Priscus arcesseret; div I 32. accersitus in civitatem sum; par 28. iam aetatis est ususque nostri a capite, quod velimus, arcessere et, unde omnia manent, videre; de or II 117. est cavendum, ne arcessitum dictum putetur; de or II 256. non erit necesse id (argumentum) usque a capite arcessere; Top 39. haruspicesne ex Etruria arcessentur? div II 11. (pater) arcessitur maiestatis; inv II 52. nobis opus est rebus undique conlectis,

accersitis, comportatis; de or III 92. quae (sacra) maiores nostri ab exteris nationibus ascita atque arcessita coluerunt; Ver IV 115. cur ea (studia) arcessita aliunde videantur; Tusc IV 2.

archipirata, Räuberhauptmann: I. cum ipse archipirata cum grege praedonum impurissimo navigares; dom 24. — II. ecquem scis in Sicilia antea captum archipiratam, qui non securi percussus sit? Ver V 67. ille, qui archipirata dicitur, nisi aequabiliter praedam dispertiat, aut interficiatur a sociis aut relinquatur: of II 40. percutio: f. capio. tu in iudicium archipiratam domo producere ausus es; Ver V 136. — III. istum clam a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse; Ver V 64.

architector, aufbauen: an quod (sapientia) ita callida est, ut optime possit architectari voluptates? fin II 52.

architectura, Baukunst: || in || quibus artibus utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura; of I 151.

architectus, Baumeister, Begründer: I. 1 si Philonem illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse; de or I 62. inesse moderatorem et tamquam architectum tanti operis tantique muneris; nat II 90. reddit: f. facit. — 2. ut omnes fere Stoici sint architecti paene verborum; Bru 118. omnium architectum et moderatorem esse Chrysogonum; Sex Rosc 132. (Corumbus) bellus esse dicitur architectus; A XIV 3, 1. — II. non deesse, si quis nos adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros ad aedificandam rem publicam; ep IX 2, 5. — III. Chrysippus Vettius, Cyri architecti libertus, fecit, ut . . ; ep VII 14, 1.

archon, Archon: morietur Epicurus archonte Pytharato; fat 19.

arcula, Kästchen, Farbenkasten: meus liber totum Isocrati myrothecium atque omnes eius discipulorum arculas consumpsit; A II 1, 1. qui (stipatores) scrutarentur arculas muliebres; of II 25.

arcus, Bogen, Regenbogen: arcus ipse e nubibus efficitur quodam modo coloratis; nat III 51. intentus *est* arcus in me unum; Sest 15.

ardenter, heiß, heftig: quod cupias ardenter; Tusc IV 39. quem videmus, quo adfluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem; Tusc V 16.

ardeo, ardens, brennen, glühen, entbrannt, belastet sein, part. feurig, heftig: ardebat (Hortensius) cupiditate sic, ut in nullo umquam flagrantius studium viderim; Bru 302. cum oculis arderet; Ver IV 148. ego vos ardentes et erectos ad libertatem recuperandam cohortabor; Phil IV 11. vidimus eos ardentes tum cupiditate, tum metu, tum conscientia; leg II 43. alter ardet furore et scelere; A X 4, 2. ardeo studio historiae; A XVI 13. b (c), 2. quorum actio esset ardentior; Bru 276. quis umquam fuit avaritia tam ardenti, ut . . ? fin III 36. cum in Palatio mea domus ardebat; Piso 26. cum ardentes faces in vicinorum tecta iactas; har resp 39. una Gallia communi non ardet incendio; orat 34. nec umquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret oratio; orat 132. orbem terrarum imperiis distributis ardere bello; ep IV 1, 2. res ardet invidia; Q fr II 14, 4. in illo ardenti tribunatu suo; Sest 116. facile est verbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare; orat 27.

ardor, Brand, Glut, Feuer, Glanz, Begierde, Eifer, Begeisterung, Unruhe, Kummer: I. ardor animi non semper adest, isque cum consedit, omnis illa vis oratoris exstinguitur; Bru 93. concretus: f. II. retineo. nec hic erat unus ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus; orat 108. quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede? fin V 50. ardor ille urget et manet; A XII 13, 1. si ille imperatorius ardor oculorum valuit; Balb 49. — II. quid censes (adsumendum esse), nisi studium et ardorem quendam amoris? de or I 134. vestita (uva) pampinis nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores; Cato 53. omnium cupiditatum ardore restincto; fin I 43. summa pars caeli suum retinet ardorem tenuem et nulla admixtione concretum; nat II 117. visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque caeli; Catil III 18. — III, 1. fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret; Ac II 119. »vidisti claro tremulos ardore cometas«; div I 18. — 2. in tanto animorum ardore et armorum; Marcel 25.

arduus, steil, schwierig: quid autem praeclarum non idem arduum? Tusc III 84. quod (oppidum) erat difficili ascensu atque arduo; Ver IV 51. eius artificii cognitio eius modi est, ut magnae atque arduae cognitionis indigeat; inv I 86. magnum opus et arduum conamur; orat 33. patientia est rerum arduarum ac difficilium voluntaria perpessio; inv II 163.

area, Platz, Bauplatz, Grund, Tenne: I. 1. si prata et areas quasdam magno aestimant; par 51. aream praeclaram habebimus; A IV 1, 7. princeps ille aream sibi sumpsit, in qua civitatem exstrueret arbitratu suo; rep II 21. — 2. cum in areis frumenta sunt; Ver V 29. in aream tuam veni; Q fr II 5, 3. — II. imbri frumentum corrumpi in area patiebatur; Ver III 36. f. I, 1. sumo.

aren — f. **haren** —

aresco; trocknen, verdorren: quem ad modum dixit rhetor Appollonius, lacrima nihil citius arescit; inv I 109. nec (virtus) triumphos arescentibus laureis, sed viridiora praemiorum genera desiderat; rep VI 8.

argentaria, Wechselgeschäft: iam argentaria dissoluta Fulcinius quaedam praedia mercatur; Caecin 11. Q. Lucceius, qui argentariam Regii maximam fecit; Ver V 165.

argentarius, Wechsler: I. qui (Pythius) esset ut argentarius apud omnes ordines gratiosus; of III 58. — II. se habere argentarii tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit acceptaque relata; Caecin 17.

argenteus, silbern: aquilam illam argenteam esse praemissam; Catil II 13. vidi argenteum Cupidinem cum lampade; Ver II 115. mensas argenteas (Dionysius) de omnibus delubris iussit auferri; nat III 84. exponit pulcherrima vasa argentea; Ver IV 62.

argentum, Silber, Silbergeschirr, Silbergeld: I. ut omne argentum, quod apud quemque esset Catinae, conquirendum curaret et ad se adferendum; Ver IV 50. — II. 1. adfero: f. I. argentum ille (Eupolemus) ceterum purum apposuerat, duo pocula non magna, verum tamen cum emblemate; Ver IV 49. nec plenum artis argentum (aspiciebat); Tusc IV 62. plena domus caelati argenti optimi; Ver II 35. abacos complures ornavit argento auroque caelato; Tusc V 61. conquiro: f. I. ut inde aurum exportari argentumque prohiberes; Vatin 12. erat ea navis plena argenti facti atque signati; Ver V 63. quoniam argentum omne mulieri legatum est, non potest ea pecunia, quae numerata domi relicta est, non esse legata; Top 13. cum signaretur argentum Apolloniae; ep XIII 29, 4. f. facio. — 2. non auri, non argenti indigere; Sulla 25. — 3. sum: f. **aes,** II, 2. — III. plenus: II, 1. caelo, facio. — IV. numerata pecunia nomen argenti retinet; Top 13. permagnum optimi pondus argenti (fuit); Phil II 66. nos aeris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus; nat II 151. quae (gentes), ut pace uterentur, vim argenti dederant praeclaro nostro

imperatori; prov 4. — V. hanc speciem Pasiteles caelavit argento; div I 79. tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis? Catil II 18. ſ. II. I. caelo.

argumentatio. Beweisführung: I. ut ne confirmatio modum in se argumentationis [solum] habeat, verum ipsa argumentatio ex necessaria ratione consistat; inv I 45. quattuor partibus constat argumentatio, cum aut proponimus aut adsumimus sine approbatione; inv I 70. si qui ex una quoque parte putabunt constare argumentationem; inv I 74. omnis argumentatio, quae ex iis locis sumetur, aut probabilis aut necessaria debebit esse. etenim, ut breviter describamus, argumentatio videtur esse inventum aliquo ex genere rem aliquam aut probabiliter ostendens aut necessarie demonstrans; inv I 44. falsum est non esse plus quam tripertitam argumentationem; inv I 65. esse quandam argumentationem, in qua neque propositio neque adsumptio indigeat approbationis; inv I 66. quinquepertita argumentatio est huius modi; inv I 68. argumentationem quaerere videris, quae est argumenti explicatio; part or 45. potest: ſ. II, 1. distinguo. argumentatio nomine uno res duas significat, ideo quod et inventum aliquam in rem probabile aut necessarium argumentatio vocatur et eius inventi artificiosa expolitio; inv I 74. ita fit, ut eadem ratione argumentatio tractata aliis tripertita, aliis quinquepertita videatur; inv I 60. ſ. est; inv I 44. — II, 1. expositis iis argumentationibus, quae in iudiciale causarum genus accommodantur; inv II 155. si concedetur, concludenda est argumentatio. si tacebitur . .; inv I 54. in confirmandis nostris argumentationibus infirmandisque contrariis; part or 122. haec argumentatio, quae dicitur artis expers, in testimonio est posita; Top 73. expono: ſ. accommodo. bipertitam quoque fieri argumentationem; inv I 72. inveniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit: inventa exornari et certas in partes distingui suavissimum est; inv I 50. si contra firmam argumentationem alia aeque firma aut firmior ponitur; inv I 79. ſ. dico. quae (oratio) ad probandam argumentationem valet; de or II 331. etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quaerenda est ‖ sit ‖? Sex Rosc 98. ſ. I. 1. est; part or 45. omnis argumentatio reprehenditur, si . . ; inv I 79. sumo: ſ. I, 1. est; inv I 44. omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda est aut per ratiocinationem; inv I 51. propositionis approbatione praeterita quattuor ex partibus argumentatio tractatur; inv I 70. ſ. I. videtur. commode partiti sunt illi, qui in quinque partes tribuerunt argumentationem; inv I 66. Graeci tales argumentationes ἀτέχνους vocant, id est, artis expertes; Top 24. ſ. I. significat. — 2. poterit accusator argumentatione uti per inductionem; inv I 55. 3. si non similiter semper ingrediamur in argumentationem; inv I 76. — III. ipsum genus argumentationis vitiosum his de causis ostendetur, si . . ; inv I 89. non incommodum videtur quandam silvam atque materiam universam ante permixtim et confuse exponere omnium argumentationum; inv I 34. primum convenire exponere summam argumentationis; inv I 58. — IV. si quadam in argumentatione satis est uti adsumptione et non oportet adiungere approbationem adsumptioni, quadam autem in argumentatione infirma est adsumptio, nisi adiuncta sit approbatio; inv I 64. in ipsa argumentatione non semper a propositione incipere (convenit); inv I 76.

argumentor, den Beweis führen: I, 1, a. est etiam illa varietas in argumentando et non iniucunda distinctio; part or 47. — b. hoc genus argumentandi, quod in necessaria demonstratione versatur, maxime tractatur in dicendo aut per complexionem aut per enumerationem aut per simplicem conclusionem; inv I 44. ita fit hoc genus argumentandi tripertitum; inv I 54. argumentandi duo genera sunt, quorum alterum ad fidem derecto spectat, alterum se inflectit ad motum; part or 46. argumentandi ratio dilucidior erit, cum et ad genus et ad exemplum causae statim poterit accommodari; inv I 16. hinc omnibus argumentandi rationibus tractis; inv I 34. — 2. ego neque in causis, si quid est evidens, argumentari soleo; nat III 9. — II, 1. defensor de ipsa remotione sic argumentabitur; inv II 88. — 2. tu sedulo argumentaris, quid sit sperandum; A III 12, 1. — 3. cum etiam es argumentatus amoris esse hoc signum; dom 22. — III. ego illa non argumentabor, quae sunt gravia vehementer, eum corrupisse, qui . . ; Cluent 64.

argumentum, Inhalt, Stoff, Fabel, Stück, Beweis, Beweisgrund: I. argumentum ratio ipsa confirmat atque, simul atque emissum est, adhaerescit; de or II 214. argumentum est ficta res, quae tamen fieri potuit; inv I 27. quos vocas locos? in quibus latent argumenta. quid est argumentum? probabile inventum ad faciendam fidem; part or 5. argumento etiam firmo, quia tamen saepe falsum est, posse recte non credi; part or 117. argumentum (esse) rationem, quae rei dubiae faciat fidem; Top 8. coniugata (argumenta) dicuntur, quae sunt ex verbis generis eiusdem; Top 12. latent: ſ. est; part or 5. ut mihi nascatur epistulae argumentum; ep XVI 22, 2. multa occurrunt argumenta; de or II 308. — 2. quae certissima sunt huius criminis argumenta; Ver V, 79. mihi satis est argumenti esse deos, quod . . ; div I 10. — II, 1. quae (argumenta) adsumuntur extrinsecus, ea maxime ex auctoritate ducuntur; Top 24. appello: ſ. **alius,** B, II, 5. componendum argumentum est; A XV 4, 3. iam argumenti ratione conclusi caput esse faciunt ea, quae perspicua dicunt; fin IV 8. coniungo: ſ. I, 1. est; Top 12. equidem cum conligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo quam expendere; de or II 309. unde statim expedita possint argumenta depromere; de or II 117. dico: ſ. I, 1. est; Top 12. (Servius) mihi dabit argumentum ad te epistulae; A X 13, 2. ex coniunctis sic argumenta ducuntur; de or II 167. argumentis (fides fit), quae ducuntur ex locis aut in re ipsa insitis aut adsumptis; part or 5. a genere sic ducitur (argumentum); Top 13. ſ. adsumo. emitto: ſ. I, 1. adhaerescit. expedio: ſ. depromo. expendo: ſ. conligo. in superiore genere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de inveniendis cogitandum est; de or II 117. disciplinam inveniendorum argumentorum ab Aristotele inventam illis libris contineri; Top 2. haec argumenta locos communes nominamus; inv II 48. numero: ſ. conligo. ex quibus (locis) argumenta promuntur; de or II 131. quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est; ep II 4, 2. argumenta et criminum et defensionis revocentur oportet ad genus et ad naturam universam; de or II 135. his omnibus partibus subiecta quaedam esse argumenta propria; de or I 140. qua ex omni copia plurima et certissima argumenta sumuntur; fin IV 13. tracto: ſ. invenio; de or II 117. — 2. credo: ſ. I, 1. est; part or 117. quod ipsum argumento mihi fuit diligentiae tuae; ep X 5, 1. — 3. egeo argumento epistularum; A IX 4, 1. utere argumento, Laeli, tute ipse sensus tui; rep I 59. — 4. intersum inter: ſ. **admonitio,** II, 2. si ego omnem vim oratoris in argumentis et in re ipsa per se comprobanda posuissem; de or II 181. huius materiae ad argumentum subiectae perlustrandae animo partes erunt omnes; part or 38. — III. alqd: ſ. I, 2. div I 10. caput: ſ. II, 1. concludo. cum in unum quodque eorum (generum) argumentorum

copiam dabimus; inv I 16. qui ordo tibi placeat et quae dispositio argumentorum; de or II 179. quod argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat; de or II 175. est etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti vestigiis sumitur, ut telum, cruor; part or 39. plures sunt argumentorum sedes ac loci; de or II 166. ordo: f. dispositio. omni in causa pars argumentorum est adiuncta ei causae solum; pars autem est pervagatior; inv II 47. argumentorum praecepta pauca sunt. traditi sunt, e quibus ea ducantur, duplices loci: uni e rebus ipsis, alteri adsumpti; orat 122. sedes: f. loci. — IV argumentis peccata convinci; part or 116. quae res primo pertenui nobis argumento indicioque patefacta est; Ver pr 17. ne argumentis teneretur reus; part or 117.

arguo, beweifen, befchuldigen, überführen: I, 1 negare oportebit de vita eius et de moribus quaeri sed de eo crimine, quo de arguatur; inv II 37. de quibus quoniam verbo arguit, verbo satis est negare: Fex Rosc 82. — 2. qui tanti sceleris argueret; Sex Rosc 53. — 3. arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum; Rabir 18. — II. arguis fatentem; Ligar 10. quod (accusator) ipse arguat; inv II 75. id, quod arguitur ‖ arguetur ‖; inv II 75. feci, quod arguis; Ver III 225. servos neque arguo neque purgo; Sex Rosc 120. — III, 1. quod pecunias praetorem in provincia cepisse arguerent; fin I 24. — 2. se pessimi facinoris arguit; Caecin 25. — 3. te hoc crimine non arguo; Ver V 46. — 4. id quod me arguis; Phil II 29.

argute, fcharffinnig, finnreich, fpitzfindig: qui (L. Brutus) tam acute arguteque coniecerit; Bru 53. ut callide arguteque diceret; orat 98. de rebus aut difficillimis aut non necessariis argutissime disputare; de or II 18. breviter arguteque incluso adversario; Bru 322. si mihi ad haec acute arguteque responderit; Cael 19.

argutiae, fprechender Ausdruck, ausdrucksvolle Darftellung, Rede, Spitzfindigkeit: I. nullae argutiae digitorum; orat 59. — II. huius (C. Titi) orationes tantum argutiarum habent, ut paene Attico stilo scriptae esse videantur. easdem argutias in tragoedias satis ille quidem acute, sed parum tragice transtulit; Bru 167. — III. Demosthenes nihil argutiis et acumine Hyperidi (cedit); orat 110. nihil est, quod illi non persequantur argutiis; Lael 45.

argutulus, ein wenig fcharffinnig: perfeci sane argutulos libros ad Varronem; A XIII 18.

argutus, ausdrucksvoll, bedeutfam, fcharffinnig, geiftreich, fpitzfindig: quis illo (Catone) in sententiis argutior? Bru 65. ex ambiguo dicta vel argutissima putantur; de or II 250. sunt, qui vel argutissima haec exta esse dicant; div II 29. genera Asiaticae dictionis duo sunt: unum sententiosum et argutum: Bru 325. velim obvias mihi litteras quam argutissimas mittas; A VI 5, 1. manus minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens; de or III 220. C. Memmius argutus orator verbisque dulcis; Bru 247. sunt (sententiae) delectandi quasi argutae, commovendi graves; opt gen 5.

aridus, trocken, dürr, mager: in aliis (locis) esse pituitosos et quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos; fat 7. sive illud aridum est sive umidum; nat II 136. cum arida folia laureae rettulisses; Piso 97. genus sermonis adfert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum atque minutum; de or II 159.

aries, Widder, Sturmbock: I. nihilo erat ipse Cyclops quam aries ille prudentior; Tusc V 115. quamvis murum aries percusserit; of I 35. — II. ARIES SUBICITUR ille in vestris actionibus: SI TELUM . .; Top 64.

arista, Spitze: (viriditas) contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum; Cato 51.

aristolochia, Ofterluzei: quid aristolochia ad morsus serpentium possit; div I 16.

arithmetica, Rechenkunft: Vestorium, hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum; A XIV 12, 3.

formidolosus, grausig, furchtbar: confecto per te formidolosissimo bello; Piso 58. (consessum vestrum) horribilem A. Cluentio ac formidolosum fore; Cluent 7. scientia rerum formidolosarum neglegendarum; Tusc IV 53. formidolosis temporibus; Ver V 1.

formo, bilden, gestalten, schaffen: ea (verba) nos sicut mollissimam ceram formamus et fingimus; de or III 177. quam (materiam) fingit et format effectio; Ac I 6. si quisquam dicitur nisi orator formare orationem; de or II 36. perinde, utcumque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari; div II 89. speciem (natura) ita formavit oris, ut . .; leg I 26. verba: f. ceram.

formositas, Schönheit: quoniam id (decorum) positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto; of I 126.

formosus, wohlgestaltet, schön: formosus an deformis (sit); inv I 35. solos sapientes esse, si distortissimi sunt, formosos; Muren 61. cur neque deformem adulescentem quisquam amat neque formosum senem? Tusc IV 70. praebete mihi ex istis virginibus formosissimas; inv II 2.

formula, Regel, Verordnung, Vorschrift, Bestimmung, Formel: I. ubi illa erit formula fiduciae: „UT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET"? ep VII 12, 2. — II, 1. an (hortaris), ut stipulationum et iudiciorum formulas componam? leg I 14. — quid est, quo formulam exprimas? orat 36. quae (postulata) omnia novas iniurias habent, sed postulationum formulas usitatas; Ver II 147. — 2. causa ipsa abhorret a formula consuetudinis nostrae; opt gen 20. eundem in angustissimam formulam sponsionis concludebas? Q Rosc 12. quid ille non dixit de testamentorum iure? de antiquis formulis? Bru 195. QUA DE RE AGITUR illud, quod multis locis in iuris consultorum includitur formulis; Bru 275.

fornax, Ofen: (bestiae) in ardentibus fornacibus volitantes; nat I 103.

fornicatus, gewölbt: parietem vel solidum vel fornicatum; Top 22.

fornix, Bogen, Gewölbe: I. non debebit praestare, quod fornix vitii fecerit; Top 22. — II. vis servorum e fornicibus ostiisque omnibus in scaenam inrupit; har resp 22. — III. videt (Curio) ad ipsum fornicem Fabianum in turba Verrem; Ver pr 19.

foro, durchbohren: certe solebas bene foratas habere aures; fr G b 14.

fors, Zufall, abl. zufällig, etwa, vielleicht: I. sit sane Fors domina campi; Piso 3. quid est aliud fors, quid fortuna, quid casus, nisi . .? div II 15. quemcumque fors tulerit casum; A VIII 1, 3. quod fors obtulerit; A II 22, 1. haec fors viderit, ea quae talibus in rebus plus quam ratio potest; A XIV 13, 3. — II. quid est tandem, quod casu (haec) fieri aut forte fortuna putemus? div II 18. quod umquam eorum in re publica forte factum exstitit? A VIII 14, 2. etiamsi res forte non suppetit; of II 32. ne forte quaeratis; Caecin 14. ne colonum forte adfuisse dicatis; Cluent 182. nisi me propter benivolentiam forte fallebat; Cael 45. tu velim eam orationem legas, nisi forte iam legisti; A XV 1, a, 2. quodsi forte (tyranni) ceciderunt; Lael 53. si forte tu frigus ferre non posses; ep IX 24, 2. (Brutum) exspectantem, si qui forte casus; A XVI 5, 3. vide, si forte in Tusculano recte esse possum; A XVI 14, 2. ut, si haec ex sententia confecta essent, consilio et auctoritate tua, sin quid forte titubatum, exercitu tuo niteremur; ep XII 10, 2.

forsitan, vielleicht, etwa: forsitan quispiam dixerit . .; of III 29. nimium forsitan haec illi mirentur; Ver IV 124. maior ars aliqua forsitan esset requirenda; de or II 189. ac forsitan vix convenire videretur; Ver II 159.

fortasse, vielleicht, wohl, etwa, ungefähr: I. quia mihi ipse adsentor || adsentior || fortasse, cum ea esse in me fingo; ep III 11, 2. ut discederem fortasse in aliquas solitudines; ep II 16, 2. mittam ad te exemplum fortasse Lanuvio, nisi forte Romam: A XIII 26, 2. quaeret fortasse || fortassis || quispiam . .; Cluent 144. — II. parens tuus Catilinae fuit advocatus, improbo homini, at supplici, fortasse audaci, at aliquando amico; Sulla 81. Graeculo otioso et loquaci et fortasse docto atque erudito; de or I 102. sed haec leviora fortasse; Phil III 23. vendo meum non pluris quam ceteri, fortasse etiam minoris; of III 51. elegit ex multis Isocrati libris triginta fortasse versus Hieronymus; orat 190. — III. cur non etiam, ac fortasse magis, propter se formae dignitatem sequamur? fin V 47. at fortasse non omnia eveniunt, quae praedicta sunt; nat II 12. — IV. hoc fortasse rei publicae causa constitutum est; div II 43.

fortassis, vielleicht: I. postremo etiam fortassis mater mortem se filii lugere simulasset; Cluent 201. — II. si condicio valde bona fuerit, fortassis non amittam || omittam ||; Q fr II 2, 1.

forte f. fors, II.

forticulus, recht standhaft: quamvis idem forticulum se in stranguria sua praebeat; Tusc II 45.

fortis, stark, tüchtig, kraftvoll, energisch, mutig tapfer, heldenmütig: A. me fortiorem in patiendo dolore fore, si . .; fin IV 72. fortes et duri Spartiatae; Tusc I 2. sequemur id, quod vehemens atque forte est; of I 100. cum A. Hirtius fortissimo praestantissimoque animo exercitum castris eduxerit; Phil XIV 36. fuit constans civis et fortis; Bru 117. an consules in praetore coërcendo fortes fuissent? Milo 89. oculis nulla poterat esse fortior contra dolorem et mortem disciplina; Tusc II 41. fortissimo quodam animi impetu; de or III 31. legionum fortissimum verissimumque iudicium; Phil IV 6. fortibus sane oculis Cassius; A XV 11, 1. quod eorum opera forti fidelique usus essem; Catil III 14. illam orationem disertam sibi et oratoriam videri. fortem et virilem non videri; de or I 231. qui maxime forti et, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque sententia; Tusc III 22. producebat virum fortissimum; har resp 48. an vero vir fortis, nisi stomachari coepit, non potest fortis esse? Tusc IV 48. — B, I. videas rebus iniustis iustos maxime dolere, imbellibus fortes; Lael 47. vicissent improbos boni, fortes inertes; Sest 43. — II. fortem ignavum, audacem timidumque (oculi) cognoscunt: nat II 145. — III. fortium bonorumque (animos esse) divinos; leg II 27.

fortiter, kräftig, mutig, energisch, tapfer: fortiter hoc velim accipias, ut ego scribo; A XV 20, 2. haec ab Antiocho dicuntur multo melius et fortius, quam a Stasea dicebantur; fin V 75. quid in re militari fortiter feceris; Ver V 4. ut, quicquid acciderit, fortiter et sapienter feramus; A XIV 13, 3. qui recte et fortiter sentient; Phil VIII 22. cum gravissimam adulescens nobilissimus

rei publicae partem fortissime suscepisset; Milo 40. satis virtus ad fortiter vivendum potest; Tusc V 53.

fortitudo, Stärke, Unerschrockenheit, Energie, Tapferkeit: I. fortitudo (certat) cum ignavia; Catil II 25. tracta definitiones fortitudinis, intelleges eam stomacho non egere; Tusc IV 53. fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio. eius partes magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia; inv II 163. probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro aequitate; of I 62. obstat: f. II nomino. — II. quas (virtutes) appellamus voluntarias, ut fortitudinem, iustitiam; fin V 36. definio: f. I. est. fortitudinem audacia imitatur; part or 81. quae venientibus malis obstat, fortitudo nominatur; part or 77. — III. isto modo licet dicere utilem vinulentiam ad fortitudinem; Tusc IV 52. — IV. iracundiam fortitudinis quasi cotem esse; Ac II 135. definitiones: f. l eget. num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiae ac nequitiae pertimescenda? Catil I 29. animus paratus ad periculum audaciae potius nomen habeat quam fortitudinis; of I 63. partes: f. I. est. similis est ratio fortitudinis; of I 94.

fortuito, zufällig, planlos: nec mihi ipsi hoc accidit fortuito; Tusc I 99. ea, quae praedicta sunt, fortuito cecidisse potuerunt; div II 66. non fortuito factum videtur, sed a te ratione propositum, ut . .; Tusc IV 83. fortuito in sermonem vestrum incidisse; de or I 111. quid casu et fortuito futurum sit; div II 18.

fortuitus, zufällig: A. quae fortuita sunt, certa esse non possunt; div II 24. ut illud nescio quid non fortuitum, sed divinum videretur; ep VII 5, 2. mundum effici ex eorum corporum concursione fortuita; nat II 93. subitam et fortuitam orationem; de or I 150. rerum fortuitarum nulla praesensio est; div II 18. — B. concursio fortuitorum talis est, ut si interventum est casu, cum . .; Top 76.

fortuna, Schicksal, Los, Glück, Unglück, Zufall, Lage, Stellung, Umstände, Glücksgüter, Vermögen, Glücksgöttin: I. **absolut:** 1. nisi ad ipsum discrimen eius temporis divinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset; imp Pomp 45. ut regum adflictae fortunae facile multorum opes adliciant ad misericordiam; imp Pomp 24. cui etiam, quae vim habere maximam dicitur, Fortuna ipsa cedit; par 34. quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset; Ver V 3. quae potest esse fortuna? qua sublata qui locus est divinationi? div II 19. Fortuna caeca est; Lael 54. in utroque eandem habuit fortuna potestatem, sed usa in altero est; Tusc I 85. f. cedit. utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem; har resp 54. si nos premet eadem fortuna; ep XIV 1, 5. ex quibus (manibus) si me non vel mea vel rei publicae fortuna servasset; Milo 20. si hoc, quod eventurum est, vel hoc vel illo modo potest evenire, fortuna valet plurimum; div II 24. haec fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat; A XIV 11, 1. utitur: f. habet. — 2. o fragilem fortunam! de or III 7. o gravem acerbamque fortunam! Ver V 119. o volucrem fortunam! Sulla 91. vgl. V, 2. per.

II. **nach Verben:** 1. adfligo: f. I, 1. adliciunt. iis praetor adimere bona fortunasque poterit? Ver I 113. agi fortunas omnium dicebat; Cluent 77. qui amplissimas fortunas amitteret; Ver V 18. his (hominibus) salutem nostram, his fortunas rectissime committi arbitramur; of II 33. conservate vos, coniuges, liberos fortunasque vestras; Catil IV 3. nullo loco dero neque ad consolandam neque ad levandam fortunam tuam; ep V 17, 5. nolite fortunam convertere in culpam; Rab Post 29. qui eius iura fortunasque defenderem; div Caec 65. magis vestras fortunas lugerem quam desiderarem meas; sen 34. fortunas locupletium diripere; Vatin 6. cum omnes aratorum fortunas decumarum nomine eriperes; Ver III 48. fortunam et laudare stultitia et vituperare superbia est; inv II 178. levo: f. consolor. lugeo: f. desidero. laetemur decertandi oblatam esse fortunam; Phil XIII 7. non debes aut propriam fortunam et praecipuam postulare aut communem recusare; ep IV 15, 2. ut, quaecumque mihi proponetur fortuna, subeatur; Catil IV 2. ut Cn. Pompei filius posset et dignitatem et fortunas patrias recuperare; Phil XIII 12. recuso: f. postulo. se in beneficiis conlocandis mores hominum, non fortunam sequi; of II 69. subeo: f. propono. ne fictis auditionibus fortunas innocentium subiciendas putetis; Planc 56. tollo: f. I. est. an bona fortunasque aratorum omnes vendidisti? Ver III 40. vitupero: f. laudo. — 2. iacere telum voluntatis est, ferire quem nolueris fortunae; Top 64. — 3. tuum est consulere temporibus et incolumitati et vitae et fortunis tuis; ep IV 9, 4. hominem nulli fortunae succumbere (oportere); of I 66. — ne pupillum Iunium fortunis patriis conetur evertere; Ver I 135. fortunis omnibus expulsos esse populi Romani socios atque amicos; Ver III 127. fruere fortuna et gloria (tua); Marcel 19. se fortunis spoliari; Sest 59. qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna; Piso 71. — 5. qua ex fortuna quis cadat; part or 57. in qua (quisque) fortuna est nascendi initio constitutus; Balb 18. dico pro capite fortunisque regis; Deiot 1. L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare; Balb 5. quod in vetere fortuna illos natos et educatos nimiae rerum omnium copiae depravabant; agr II 97. cuncti Siculi de suis periculis fortunisque omnibus pertimescunt; Ver V 115. qui in eadem causa et fortuna fuisset; Ligar 16. tale ingenium in tam misera fortuna versari; A XI 17, 1.

III. **nach Adjectiven:** vos vestra secunda fortuna non potestis sine propinquorum calamitate esse contenti? Deiot 29. quem dignum fortuna quam amplissima putant; of II 21.

IV. **nach Substantiven:** 1. non se praetulisse aliis propter abundantiam fortunae; de or II 342. quae bona coporis et fortunae putantur; Tusc II 30. P. Lentulus, parens ac deus nostrae vitae, fortunae, memoriae; sen 8. aegritudinem moveri fortunae et corporis incommodis, non animi malis; Tusc III 78. animi aegritudo fortunae magna et gravi commota iniuria; nat I 9. esse quaedam et corporis et fortunae mala; Ac II 134. (vir) summis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii praeditus, Q. Hortensius; imp Pomp 51. parens: f. deus. possumus sine periculo fortunarum de re pecuniaria disceptare? Quinct 45. ne tum quidem fortunae rotam pertimescebat; Piso 22. fortunae ista tela sunt, non culpae; Piso 43. quem (statum) neque fortunae temeritas neque inimicorum labefactaret iniuria; par 17. negat (Epicurus) ullam in sapientem vim esse fortunae; Tusc III 49. — 2. homines infima fortuna; fin V 52. — 3. cum tu in bona fortunasque locupletium repentinos impetus comparares; dom 13.

V. **Umstand:** 1. si non fortuna, sed industria factum videbitur; inv II 112. quid est tandem, quod casu haec fieri aut forte fortuna putemus? div II 18. vir cum virtutibus tum etiam fortuna ornatus; ep XIII 13. ab hominibus (circumsessus es) fortuna servis, voluntate supplicibus; Ver .I 81. quanto (Diogenes) regem Persarum vita fortunaque superaret; Tusc V 92. — 2. in fortuna quaeritur, servus sit an liber, pecuniosus an tenuis, privatus an cum potestate; inv I 35. (Pompeius) in amplissimis fortunis occidisset; Tusc I 86. per fortunas miseras nostras, vide, ne . .; ep XIV 1, 5. ad quae recuperanda, per fortunas! incumbe; A III 20, 1. per fortunas! A V 13, 3. VII 1, 2. magnis imperatoribus

etiam propter fortunam saepius imperia mandata esse; imp Pomp 47.

fortunate, glücklich: omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere; fin III 26.

fortuno, beglücken, segnen, part. glücklich, gesegnet, begütert: si opulentum fortunatumque defenderis; of II 70. maiores nostri omnibus rebus agendis „QUOD BONUM, FAUSTUM, FELIX, FORTUNATUMQUE ESSET“ praefabantur; div I 102. o fortunate adulescens! Arch 24. fortunatus illius (Hortensii) exitus; Bru 329. nusquam se fortunatiorem quam Praeneste vidisse Fortunam; div II 87. eum honorem tibi deos fortunare volo; ep XV 7. 12, 1. apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem; de or II 352. o fortunata mors! Phil XIV 31. tibi patrimonium dei fortunent; ep II 2. fortunatissimam pulcherrimamque urbem; Catil III 1.

forum, Markt, Marktplatz, Gerichtsstätte, Gerichtstag: I. cum est forum plenum iudiciorum, plenum magistratuum, plenum optimorum virorum et civium; Flac 57. — II, 1. vidi forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum lugubri; Ver I 58. forum institueram agere Laodiceae Cibyraticum et Apamense; A V 21, 9. hoc foro, quod egi ex Idibus Februariis Laodiceae ad Kal. Maias omnium dioecesium, mirabilia quaedam effecimus; A VI 2, 4. ut plangore et lamentatione complerimus forum; orat 131. forum corporibus civium Romanorum constratum caede nocturna; Sest 85. qui expiandum forum populi Romani ab illis nefarii sceleris vestigiis esse dico; Rabir 11. ut forum laxaremus et usque ad atrium Libertatis explicaremus; A IV 17, 7 (16, 14). qui forum et basilicas non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum ornarent; Ver IV 6. lex erat lata vastato ac relicto foro et sicariis servisque tradito; Sest 53. video: s. adorno. — 2. non ius abesse videbatur a foro neque iudicia, sed vis et crudelitas; Ver V 31. de qua (philosophia) disserens adripere verba de foro non potest; fin III 4. erant hostiae maiores in foro constitutae; agr II 93. petitorem ego magno animo et in forum et in campum deduci volo; Muren 44. non dubito, quin, si maiestas populi Romani revixisset, aliquando statua huic in foro statueretur; Sest 83. quae (templa) circum forum sunt; opt gen 10. cum (Caelius) iam aliquot annos esset in foro; Cael 12. sublata erat de foro fides; agr II 8. cum primum M. Terentius in forum venit; ep XIII 10, 2. annos iam triginta in foro versaris, sed tamen in Pergameno; Flac 70. is (Crassus) primus instituit in forum versus agere cum populo; Lael 96. cum aut in foro magistratus aut in curia senatum video; div II 142. quod me in forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam; A XII 21, 5. — III. tantus est ex fori cancellis plausus excitatus, ut . .; Sest 124. nonne vobis videtur cum aliquo declamatore, non cum laboris et fori discipulo disputare? Planc 83. alia fori vis est, alia triclinii; Cael 67. — IV, 1. efficere: s. II, 1. ago. — 2. qui iam conticuerunt paene ab ipso foro inrisi; Tusc II 3. ne quis extra suum forum vadimonium promittere cogatur; Ver III 38. Hortensius cum admodum adulescens orsus esset in foro dicere; Bru 301. cum iam in foro celebratum meum nomen esset; Bru 314. ut victi in campo in foro vinceretis; Sulla 49.

forus, Schiffsgang: cum alii malos scandant, alii per foros cursent; Cato 17.

fossa, Graben, Flußbett: I. non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem Germanorum gentibus obicio et oppono; Piso 81. — II. obicio: s. I. — III. *ut* unus aditus maximo aggere obiecto fossa cingeretur vastissima; rep II 11. (oppidum) vallo et fossa circumdedi; ep XV 4, 10.

fossio, Graben: I. quid fossiones agri repastinationesque proferam, quibus fit multo terra fecundior? Cato 53. — II. recenti fossione terram fumare calentem; nat II 25.

fovea, Grube: quae (belua) quoniam in foveam incidit; Phil IV 12.

foveo, wärmen, hegen, begünstigen: puto per Pomponium fovendum tibi esse ipsum Hortensium; Q fr I 3, 8. Vettienum et Faberium foveo; A XV 13, 3. quasi fovebam dolores meos; A XII 18, 1. ut (pullos) pinnis foveant, ne frigore laedantur; nat II 129. fovendis hominum sensibus; Muren 74.

fragilis, gebrechlich, schwach, unbeständig: quod fragile et caducum sit; fin II 86. in fragili corpore; Cato 65. o fragilem fortunam! de or III 7.

fragilitas, Hinfälligkeit: incipio humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere; Tusc V 3.

fragmentum, Bruchstück: I. ut fragmentum lapidis (dicimus); nat II 82. — II. tribunum adoriuntur fragmentis saeptorum; Sest 79.

fragor. Getöse: terra continens adventus hostium quasi fragore quodam et sonitu ipso ante denuntiat; rep II 6.

frango. brechen, zerbrechen, schwächen, entkräften, verweichlichen, bezwingen, bändigen, demütigen, entmutigen: I. hoc est non dividere, sed frangere; fin II 26. — II. cum frangerem iam ipse me cogeremque illa ferre toleranter; ep IV 6, 2. sin te tanta mala rei publicae frangunt; ep IV 8, 1. multis invidentibus, quos ingenio industriaque fregisti; ep X 3, 2. quae timido animo, humili, demisso fractoque fiant; of III 115. Scaevola paulum requiescet, dum se calor frangat; de or I 265. cervicibus fractis caput abscidit; Phil XI 5. fregit hoc meum consilium Caesaris magnitudo animi; ep IV 4, 4. quae (contentiones) medio in spatio saepe franguntur et corruunt; de or III 7. quis cupiditatem vehementius frangere accusando potest? de or II 35. cum consulis fasces frangerentur; Quir 14. fregit foedus Gabinius; dom 66. (genus) lene asperum, contractum diffusum, fractum scissum; de or III 216. fracto impetu levissimi hominis; ep I 5, b, 2. quo facto frangi Lacedaemoniorum opes necesse esset; of III 49. alter alterius ova frangit; nat II 125. quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus; ep I 4, 1. vi vim oblatam ut frangeret et refutaret; Sest 88.

frater, Bruder, Vetter: I, 1. (cum audissent Antiochum) una nobiscum Q. frater et T. Pomponius Luciusque Cicero, frater noster cognatione patruelis, amore germanus; fin V 1. quod non minus ille declararet quam hic illius frater patruelis et socer, T. Torquatus; Planc 27. dixit Cn. Fannius, frater germanus Q. Titinii; Ver I 128. ut Servius, frater tuus, facile diceret . .; ep IX 16, 4. hoc primus frater meus in Asia fecit, ut hoc sumptu remigum civitates levaret; Flac 33. duo sapientissimos et clarissimos fratres, P. Crassum et P. Scaevolam, aiunt Ti. Graccho auctores legum fuisse; Ac II 13. una congressio pluris erit quam fratres nostri Haedui; ep VII 10, 4. — 2. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt; Cluent 46. — 3. ego, frater, quaero . .; leg III 19. quae (causa), optime et dulcissime frater, incidit in tribuniciam potestatem; leg III 25. ferremus, o Quinte frater; leg III 26. — II, 1. *quos* (deos) fratres inter se agnatosque usurpari atque appellari videmus; Tim 39. habet secum L. fratrem; Phil X 21. cur fratrem provinciae non praefecissem, exposui breviter; A VII 1, 1. usurpo: s. appello. — 2. his vos taeterrimis fratribus portas aperietis? Phil III 31. — 3. ibi adulescens habitabat (Epicurus) cum patre et fratribus; nat I 72. nec (L. Antonius) secerni a fratre poterit; Phil VI 10. ne cum optimis fratribus vivat? Ligar 11. — sequuntur fratrum coniunctiones, post

consobrinorum sobrinorumque; of I 54. (filia) in huius amantissimi sui fratris manibus et gremio maerore et lacrimis consenescebat; Cluent 13. me fratris miserrimi atque optimi cotidianae lacrimae sordesque lugubres a vobis deprecatae sunt; Quir 7. manus: f. gremium. quanto fructu sim privatus et forensi et domestico Lucii fratris nostri morte; A I 5, 1. nunc a te supplex fratris salutem petit; Ligar 36. sordes: f. lacrimae. — IV. fore ut angeretur, cum a fratre familiaritate et omni gratia vinceretur; A XII 7, 1. is (Romulus) cum Remo fratre dicitur ab Amulio exponi iussus esse; rep II 4. huic virgini quid est praeter fratrem, quod aut iucundum aut carum esse possit? Font 47.

fraterculus, Brüderchen: VOLO, MI FRATER, FRATERCULO TUO CREDAS; Ver III 155.

fraterne, brüderlich: si fraterne, si pie faciunt; Ligar 33. huic tu epistulae non fraterne scriptae fraterne debes ignoscere; Q fr I 2, 12.

fraternus, des Bruders, brüderlich, innig: propter amorem in nos fraternum; Q fr I 1, 10. ne ab hereditate fraterna excluderetur; Cluent 31. in ipso fraterno parricidio; Cluent 31.

fraudatio, Betrügerei: I. hinc fides, illinc fraudatio (pugnat); Catil I 25. — II. fraudationis causa latuisse (Quinctium); Quinct 74.

fraudator, Betrüger: I. in quibus (castris est) fidei patronus, fraudator creditorum, Trebellius; Phil XIII 26. — II. eandem omnibus in locis esse fraudatorum et infitiatorum impudentiam; Flac 48.

fraudo, betrügen, hintergehen, übervorteilen: I. fraudandi spe sublata solvendi necessitas consecuta est; of II 84. — II. Caecilius a P. Vario cum magna pecunia fraudaretur; A I 1, 3. tamquam (animus) debito fraudetur; orat 178. quae potest esse maior fides quam fraudare creditores? Phil VI 11.

fraudulentus, betrügerisch: Carthaginienses fraudulenti et mendaces non genere, sed natura loci: agr II 95. quid conligimus venditiones fraudulentas? of III 83.

fraus, Betrug, Hinterlist, Übervorteilung, Täuschung, Übertretung, Vergehen: I. si fraus capitalis non esset; de or I 232. cum omnis ab iis fraus (nasceretur); Cluent 46. — II, 1. quia id mihi fraudem tulit; A VII 26, 2. qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subicere odio civium; de or I 202. nec in praediis solum ius civile malitiam fraudemque vindicat; of III 71. eadem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur; de or II 35. — 2. quibus certe pietas fraudi esse non debuit; Phil V 39. — 3. doleo illos viros in eam fraudem in re publica esse delapsos; de or III 226. etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem; Milo 32. cuius (pacis) ego spe in hanc fraudem incidi; A XI 16, 1. emptorem pati per errorem in maximam fraudem incurrere; of III 55 (54). non id in fraude capitali esse ponendum; de or II 199. — III. qui fons est fraudium, maleficiorum, scelerum omnium; of III 75. ut singulare genus fraudis cognoscere possitis; Quinct 22. — IV, 1. T. Roscius novem homines honestissimos omni fraude et perfidia fefellit; Sex Rosc 117. — 2. si ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est; Quinct 56.

fremitus, Getöse, Brausen, Murren: I. nec fremitum murmurantis maris (audiunt); Tusc V 116. exauditus in agro propinquo est strepitus quidam reconditus et horribilis fremitus armorum; har resp 20. — II. tu me Afrorum fremitu terrere conere? Scaur 17.

fremo, murren: I. fremant omnes licet, dicam quod sentio; de or I 195. Pompeius fremit, queritur; A IV 15, 7. — II. Arrius consulatum sibi ereptum fremit; A II 7, 3.

frendo, knirschen: »Nemeaeus leo frendens efflavit halitum«; Tusc II 22.

freno, zügeln, bändigen: ea (pars animi) non unam (beluam) frenat et domat; rep II 67. quos (furores) nullis iam legibus frenare poteramus; Milo 77.

frenum, freni, Zügel, Zaum: 1. alteri se calcaria adhibere, alteri frenos; Bru 204. illi exsultanti tamquam frenos furoris iniecit; Phil XIII 20. ut mones, „frenum momordi"; ep XI 24, 1. equa, quae frenos recipere solet; Top 36. — 2. se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere; de or III 36.

frequens, zahlreich, gedrängt voll, zahlreich besucht. reichlich, häufig, oft: frequens te audivi atque adfui; de or I 243. de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia; ep I 2, 1. (A. Licinius Aristoteles) frequens fuerat nobiscum; ep XIII 52. sane frequentes fuimus, omnino ad CC; Q fr II 1, 1. (Demosthenes) quam frequens fuerit Platonis auditor; orat 15. coloniae frequentissimae dignitas; Phil XIII 20. quamquam mihi semper frequens conspectus vester multo iucundissimus est visus; imp Pomp 1. caret (senectus) frequentibus poculis; Cato 44. in utroque frequentiores sunt et liberiores poëtae; orat 202. frequentiores pontifices iudicasse; har resp 13. senatus est continuo convocatus frequensque convenit; ep X 12, 3. frequentissimo theatro; div I 59.

frequentatio, Häufung: I. maxime (valet) consequentium frequentatio; part or 55. — II. alteri (accusatori faciendum) frequentatione argumentorum et coacervatione universa; part or 122.

frequenter, zahlreich, häufig, oft: Zenonem audiebam frequenter; nat I 59. colitur ea pars et habitatur frequentissime; Ver IV 119. haec frequenter in me congessisti; Planc 83. habito: f. colo. qua (tralatione) frequentissime sermo omnis utitur; orat 81. ut tralatis (verbis) utamur frequenter; de or III 201.

frequentia, Menge, Masse, zahlreiche Versammlung: I. maxima frequentia amplissimorum civium astante; har resp 12. est magna frequentia sepulcrorum; Tusc V 65. — II, 1. de optimis et huic omni frequentiae probatissimis fratribus; Ligar 37. — quod tanta ex frequentia inveniri nemo potuit, qui . .; agr II 13. ille (Africanus) e coetu hominum frequentiaque interdum se in solitudinem recipiebat; of III 2. — III, 1. quod (vestibulum) maxima cotidie frequentia civium celebratur; de or I 200. qui (Thucydides) ita crebes est rerum frequentia, ut . .; de or II 56. — 2. ut Hortensius domum reducebatur e campo cum maxima frequentia; Ver pr 18. qui ex magna hominum frequentia dicere iuberent, si quis quid quaereret; de or I 102.

frequento, oft besuchen, bevölkern, zahlreich versammeln, wiederholen: acervatim multa frequentans; orat 85. qui frequentant domum meam; ep V 21, 1. hoc (genus argumentandi) summe est ab Aristotele frequentatum; inv I 61. est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verborum; de or III 201. — quos (scribas) cum casu hic dies ad aerarium frequentasset; Catil IV 15. Italiae solitudinem frequentari posse arbitrabar; A I 19, 4.

fretum, fretus, Brandung, Meer, Meerenge: I. qui Oceani freta illa viderunt; Tusc I 45. — II. possent aestus maritimi fretorumque angustiae ortu aut obitu lunae commoveri? nat II 19. — III, 1. ne ratibus coniunctis freto fugitivi ad Messanam transire possent; Ver V 5. — 2. a Gaditano fretu; fr K 3. ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam [in] fretu ad columnam adhaeresceret; Sest 18.

fretus, vertrauend, sich verlassend, trotzend: quae duo plerique ingenio freti simul faciunt; de

or II 103. fide vestra fretus plus oneris sustuli; Sex Rosc 10. quod certissimis criminibus et testibus fretus (Cluentius) ad accusandum descenderit; Cluent 10. quod ita fore confido fretus et industria et prudentia tua; ep XII 19, 1. ingenio freta malitia; inv I 3. qui (scaenici) voce freti sunt; of I 114. veritas his iudicibus freta; Cluent 88.

frigeo, frieren, stocken, untätig, machtlos sein, kalt aufgenommen werden: valde metuo, ne frigeas in hibernis; ep VII 10, 2. plane iam frigeo; ep XI 14, 1. cum omnia consilia frigerent; Ver II 60. discipulo sane frigenti ad populum; Bru 187.

frigidus, kalt, frostig, matt: A. T. Iuventius nimis ille quidem lentus in dicendo et paene frigidus; Bru 178. haec aut frigida sunt aut tum salsa, cum aliud est exspectatum; de or II 260. domo adlata, quae plerumque sunt frigida; orat 89. (Gabinius) accusatoribus frigidissimis utitur; Q fr III 3, 3. aureum amiculum hieme frigidum (esse); nat III 83. nec ullum hoc frigidius flumen attigi; leg II 6. quod (genus acuminis) erat non numquam frigidum; Bru 236. cum is frigidas sane et inconstantes recitasset litteras Lepidi; ep X 16, 1. ut mulsum frigidum biberet; de or II 282. ut ea (verba), quae sunt frigidiora, vitemus; de or II ?56. — B. sentit (animal) et calida et frigida; nat III 32.

frigus, Kälte, Frost: I. eius modi frigus impendebat, ut . .; Q fr II 10, 5. — II. »gelidum valido de pectore frigus anhelans Capricornus«; nat II 112. frigus ferre poterat; Catil III 16. — III. habes, ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris; Catil I 26. idem (aër) annuas frigorum et calorum facit varietates; nat II 101. quibus (tectis) frigorum vis pelleretur et calorum molestiae sedarentur; of II 13. — IV. si Iuppiter saepe nimio calore aut intolerabili frigore hominibus nocuit; Sex Rosc 131. quod (ceterae partes) aut frigore rigeant aut urantur calore; Tusc I 69.

frondesco, Laub bekommen: ea verno tempore tepefacta frondescere; Tusc V 37.

frons, Laub: haec deserta via interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur; Cael 42.

frons, Stirn, Gesichtsausdruck, Vorderseite: I. (frons erat) tranquilla et serena; Tusc III 31. — II. ut frontem ferias; A I 1, 1. frons non percussa; Bru 278. — III. tu adeo mihi excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiae pristinae frontis appareant? ep IX 10, 2. — IV, 1. fronte occultare sententiam; Lael 65. Pompeius Scauro studet, sed utrum fronte an mente, dubitatur; A IV 15, 7. — 2. a tergo, fronte, lateribus tenebitur (Antonius); Phil III 32.

fronto, breitstirnig: ecquos (deos) frontones, capitones (arbitramur)? nat I 80.

fructuosus, fruchtbar, ergiebig, einträglich, gewinnreich: ut ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest; Tusc II 13. ut quaestuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur; Tusc V 86. Siciliam, fructuosissimam atque oportunissimam provinciam; Ver III 226. ruina rem non fecit deteriorem, haud scio an etiam fructuosiorem; A XIV 11, 2. hae virtutes generi hominum fructuosae putantur; de or II 344.

fructus, Nutzung, Ertrag, Frucht, Zins, Gewinn, Vorteil, Genuß, Erfolg: I, 1. qui sit oratori memoriae fructus; de or II 355. hominibus novis non satis magnos in hac civitate esse fructus; Cluent 111. nec ex novis, ut agricolae solent, fructibus est, unde tibi reddam, quod accepi, nec ex conditis, qui iacent in tenebris; Bru 16. — 2. fructus senectutis est ante partorum bonorum memoria et copia; Cato 71. — II, 1. ex accusatione M.' Aquilii diligentiae fructum ceperat; Bru 222. magnum fructum studiorum optimorum capis; ep VI 10, 4. neque serendi neque colendi neque tempestive demetendi percipiendique fructus neque condendi ac reponendi ulla pecudum scientia est; nat II 156. condo: f. colo. I, 1. iacent. demeto: f. colo. neque nobis fructus otii datus est; de or I 2. me laboris mei. vos virtutis vestrae fructum esse laturos; Ver I 2. quarum (aedium) usus fructus legatus est; Top 15. sin autem ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis; Ver III 227. f. colo. omnes me et industriae meae fructus et fortunae perdidisse; ep IV 6, 2. repono, sero: f. colo. quod ad tempus existimationis partae fructus reservabitur? Sulla 77. cui honoris integros fructus non sit traditurus; Sulla 88. vendo: f. percipio. — 2. quod carui fructu iucundissimae consuetudinis; ep II 1, 2. — 3. sum ex: f. I, 1. iacent. — III. annona pretium nisi in calamitate fructuum non habet; Ver III 227. frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio; of II 12. Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine; agr II 95. perceptio: f. conservatio. — IV, 1. hoc arator adsequi per triennium certe fructu suo non potuit; Ver III 201. cuius (pecuniae) fructibus exercitum alere non posset; of I 25. certare cum usuris fructibus praediorum; Catil II 18. cuius (Attici) quoniam proprium te esse scribis mancipio et nexo, meum autem usu et fructu; ep VII 30, 2. — 2. est (genus) propter fructum atque utilitatem petendum; inv II 157.

frugalis, ordentlich, wirtschaftlich, bieder: cum optimus colonus, cum parcissimus, modestissimus. frugalissimus esset; de or II 287. M. Iunius, frugalissimus homo et castissimus; Ver I 137.

frugalitas, Wirtschaftlichkeit, Biederkeit: I. reliqua est frugalitas. eius enim videtur esse proprium motus animi appetentis regere et sedare semperque servare constantiam; cui contrarium vitium nequitia dicitur. frugalitas, ut opinor, a fruge; Tusc III 17. 18. — II. ego frugalitatem, id est modestiam et temperantiam, virtutem maximam iudico; Deiot 26.

frugaliter, ordentlich, bieder: omnia signa, tabulas sane frugaliter domum suam deportavit; dom 111. ut loqui deceat frugaliter; fin II 25.

frugi, rechtschaffen, brav, bieder: qui vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piso; fin II 90. qui sit frugi vel, si mavis, moderatus et temperans; Tusc III 18. quamquam illum hominem frugi et tibi amicum existimabam; ep V 6, 1. (homo) permodestus ac bonae frugi; A IV 8, a, 3. servus frugi atque integer; Cluent 47.

frugifer, fruchtbar: ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur, sic . .; Tusc II 13. cum tota philosophia frugifera et fructuosa sit, tum . .; of III 5.

frumentarius, das Getreide betreffend, Getreide liefernd, Getreidehändler: A. nunc tractare causam instituimus frumentariam; Ver III 10. ut (M. Octavius) legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogaverit; Bru 222. haec classis ad occupandas frumentarias provincias comparatur; A IX 9, 2. qua (lege) Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur; A IV 1, 7. ut (Pompeius) oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex provinciis suppeditari vellet; A VIII 1, 2. haec tria frumentaria subsidia rei publicae firmissimis praesidiis classibusque munivit; imp Pomp 34. — B. non videtur frumentarius ille Rhodios celare debuisse; of III 57.

frumentum, Getreide: I. ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnes angiportusque constraverat; div I 69. ut sibi pro frumento, quanti frumentum esset, dare liceret; Ver III 189. — II, 1. retines HS xxi: tanti enim est frumentum Siciliense ex lege aestimatum; Ver III 174. frumentum ex agris in loca tuta comportatur; A V 18

2. qui frumentum compresserant; A V 21, 8. diripio, effundo: f. I. consternit. placet vobis in cellam magistratibus vestris frumentum Siculos gratis dare d. gr. || ? Ver III 200. fore Nonis senatum, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum et ad urbem mittendum curarent; A XV 9, 1. mitto rationem exacti imperatique frumenti; Piso 90. frumentum imponere! quod (est) munus in re publica sordidius? A XV 10. mancipes frumentum improbasse; Ver III 175. mitto: f. emo. Romae domum ad Antonium frumentum omne portari; A XIV 3, 1. frumento suppeditato; Balb 40. ostendam neminem in Sicilia pluris frumentum vendidisse; Ver III 173. — 2. do pro: f. I. est. cum a civitatibus pro frumento pecuniam exigebas; Ver III 179. structores nostri ad frumentum profecti; A XIV 3, 1. permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino; Ver III 169. — III. de aestimatione frumenti cum dices; Ver III 222. propter caritatem frumenti; Ver III 217. frumenti maximus numerus e Gallia; Font 8. ratio: f. II, 1. exigo.

fruor, genießen, sich erfreuen, benutzen, haben, den Nießbrauch haben: I, 1. quae gignuntur nobis ad fruendum; leg II 16. — 2. usum et fructum omnium bonorum suorum Caesenniae legat, ut frueretur una cum filio; Caecin 11. fruor, dum licet, opto. ut semper liceat; ep IX 17, 2. bestiae furtim fruuntur, domini palam et libere; nat II 157. — II. non paranda nobis solum ea (sapientia), sed fruenda etiam est; fin I 3. suavitatis nostrae fruendae causa; Q fr II 14, 3. — III. quod eo (Hortensio) iam frui nobis non licet; Bru 5. quibus (agris) nunc publicani fruuntur; agr II 50. uterque summo bono fruitur, id est voluptate; fin II 88. omnes esse divites, qui caelo et terra frui possint; ep VII 16, 3. fruere cum fortuna et gloria, tum etiam natura et moribus tuis; Marcel 19. di faxint, ut tali genero mihi praesenti frui liceat! ep XIV 3, 3. gloria: f. fortuna. numerus liberiore quadam fruitur licentia; orat 37. moribus, natura: f. fortuna. si pace frui volumus; Phil VII 19. plurimis maritimis rebus fruimur atque utimur; nat II 152. si mihi bona re publica frui non licuerit; Milo 93. terra: f. caelo. res publica frui debet summi viri vita atque virtute; imp Pomp 59. sapientia iubet frui voluptatibus; rep III 24. f. bono.

frustra, erfolglos, umsonst, vergeblich, zwecklos: I. summam esse stultitiam frustra confici maerore; Tusc III 77. aes, ferrum frustra natura divina genuisset, nisi . .; div I 116. neque auxilium suum saepe a viris bonis frustra implorari patietur; de or II 144. quae (lex) neque probos frustra iubet aut vetat; rep III 33. ne forte me hoc frustra pollicitum esse praedices; Q Rosc 37. frustra suscipi miseriam voluntariam; Tusc III 32. veto: f. iubeo. — II. cum (gemitus) nihil imminuat doloris, cur frustra turpes esse volumus? Tusc II 57.

frustror, täuschen, hinhalten, Winkelzüge machen: I. Cocceius vide ne frustretur; A XII 18, 3. — II frustrari cum alios tum etiam me ipsum velim? Ac II 65.

frustum, Brocken, Bissen: necesse est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore; div I 27. magister equitum vomens frustis esculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit; Phil II 63.

fruticor, treiben, ausschlagen: excisa est arbor, non evulsa. itaque quam fruticetur, vides; A XV 4, 2.

frux, Frucht, Feldfrucht, Getreide, Tüchtigkeit, Besserung (vgl. frugi): I adsunt Athenienses, unde fruges, iura, leges ortae atque in omnes terras distributae putantur; Flac 62. — II, 1. distribuo: f. I. ut segetes fecundae et uberes non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus; orat 48. quae terra fruges ferre possit; leg II 67. quod non ita vigeat, ut aut flores aut fruges fundat aut bacas; Tusc V 37. inventis frugibus; orat 31. — 2. tui milites in provincia Sicilia frugibus frumentoque caruerunt; Ver V 137. — 3. multos et vidi in hac civitate et audivi se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse; Cael 28. — II. inimicus: f. I, 1. effundo. — III. frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio; of II 12. dis immortalibus frugum ubertate, copia, vilitate reditum meum comprobantibus; Quir 18. in hac inopia frugum; har resp 31. perceptio: f. conservatio. quam (Proserpinam) frugum semen esse volunt; nat II 66. ubertas, vilitas: f. copia. — IV, 1. frugalitas, ut opinor, a fruge, qua nihil melius || est || e terra; Tusc III 18. — 2. a: f. 1. „Cererem" pro frugibus; de or III 167.

fuco, schminken, fälschen: secerni blandus amicus a vero tam potest quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris; Lael 95. fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur; orat 79. in qua (aetate) naturalis inesset, non fucatus nitor; Bru 36. rubor: f. candor.

fucosus, geschminkt, verfälscht: illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae; A I 18, 1. fallaces et fucosae (merces); Rab Post 40.

fucus, Schminke, Aufputz, Schein, Verstellung: I. in oratoris cincinnis ac fuco offenditur; de or III 100. tam sine pigmentis fucoque puerili (sententiae sunt); de or II 188. — II. in his omnibus inest quidam sine ullo fuco veritatis color; Bru 162. — III, 1. venustatis non fuco inlitus, sed sanguine diffusus color; de or III 199. — 2. sine fuco ac fallaciis more maiorum negatur; A I 1, 1.

fuga, Flucht, Entweichen, Verbannung, Scheu: I. quo fugam hostium fore arbitrentur; Sex Rosc 151. si quem aratorum fugae, calamitates non permovent; Ver III 144. ex eo non iter, sed cursus et fuga in Galliam; Phil XIII 20. — II, 1. post discessum latronis vel potius desperatam fugam; Phil V 30. hinc gignebatur fuga desidiae voluptatumque contemptio; Ac I 23. ut fugam intercludat; A VII 20, 1. mittam fugam ab urbe turpissimam; A VII 21, 1. — 2. ne me dem incertae et periculosae fugae; A VII 23, 2. dubitas vitam istam fugae solitudinique mandare? Catil I 20. — 3. dant se in fugam istius praeclari imperatoris nocturni milites; Ver IV 95. ad fugam hortatur amicitia Gnaei; A VII 20, 2. paucis post diebus ex Pharsalia fuga venisse Labienum; div I 68. — III. qui ipsius fugae tutam viam quaesiverunt; Caecin 44. — IV, 1. qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum et dolorum fuga; fin I 33. — 2. quam (Medeam) praedicant in fuga fratris sui membra dissipavisse; imp Pomp 22. post: f. II, 1. despero.

fugax. flüchtig, vergänglich: haec omnia contemne, brevia, fugacia, caduca existima; ep X 12, 5.

fugio, fliehen, entfliehen, enteilen, schwinden, entgehen, vergessen, meiden, vermeiden, ausweichen: I, 1. officium aut fugiendi aut sequendi; fin V 18. — 2. non illa (Sassia) ut a viro improbo discessisset, sed ut a crudelissimo hoste fugisset; Cluent 189. fugit aliquis e manibus; Cael 65. Damaratus fugit Tarquinios Corintho; Tusc V 109. ut ignavus miles abiecto scuto fugiat, quantum possit; Tusc II 54. qui vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere; of III 91. — II. neque illud fugerim dicere; de or III 153. — III. quod nemo civis est, qui vos non oculis fugiat; Piso 45. cui rei fugerat me rescribere; A V 12, 3. eius (epistulae) exemplum fugit me tum tibi mittere; A XIII 51, 1. qui (consules) aditum huius loci conspectumque vestrum partim magnopere fugerunt, partim non vehementer secuti sunt; agr II 6. fugiendas esse nimias amicitias, ne . .; Lael 45. conspectum: f. aditum. quodsi curam fugimus, virtus fugienda est; Lael 47.

quam ob rem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit; fin I 30. vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum; orat 189. non fugisset hoc Graecos homines; de or I 253. fugienda semper iniuria est; of I 25. hic si laborem fugeret; Cael 47. ea Sex. Roscium fugientem latronum tela et minas recepit domum; Sex Rosc 27. qui idcirco mortem fugiant; fin V 31. ipse fugi adhuc omne munus; A XI 4, 1. nullum se umquam periculum pro tua dignitate fugisse; Milo 68. dum recordationes fugio; A XII 18, 1. (aegritudo res est) omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda; Tusc III 25. quae (prudentia) est rerum expetendarum fugiendarumque scientia; of I 153. tela: f. minas. si omnia fugiendae turpitudinis adipiscendaeque honestatis causa faciemus; Tusc II 66. virtutem: f. curam. quodsi vita doloribus referta maxime fugienda est; fin I 41. ut (sapiens) voluptatem fugiat; Tusc V 95. — IV. non fuisse fugiendos tribules huic iudices; Planc 43.

fugitivus, Flüchtling, Ausreißer: I, 1. en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset; Deiot 17. — 2. neque tam fugitivi illi ab dominis quam tu ab iure et ab legibus; Ver IV 112. — 3. di te perduint, fugitive! Deiot 21. — II. vivebat (Dionysius) cum fugitivis, cum facinerosis, cum barbaris; Tusc V 63. — III. cum servitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum Italiae fugitivorum videret; Ver V 14. conflato fugitivorum tumultu; Sulla 15.

fugito, fliehen, meiden: qui quaestionem fugitant; Sex Rosc 78.

fugo, in die Flucht schlagen, verjagen, vertreiben, verscheuchen: qui armis proterritus, fugatus, pulsus est; Caecin 31. ab altaribus religiosissimis fugatus (Clodius); har resp 9. Latini ad Veserim fusi et fugati; of III 112. fugata contione; Phil VI 3.

fulcio, stützen, unterstützen, aufrecht erhalten: Thermum creberrimis litteris fulcio; A V 21, 14. qui (Chrysippus) fulcire putatur porticum Stoicorum; Ac II 75. magnis subsidiis fulta res publica est; ep XII 5, 1. horum consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis; sen 18. nisi (vitis) fulta est, fertur ad terram; Cato 52.

fulgeo, blitzen, glänzen, strahlen: qui (Pericles) si tenui genere uteretur, numquam ab Aristophane poëta fulgere, tonare dictus esset; orat 29. qui fulgent purpura; Catil II 5. fulgentes gladios hostium videbant Decii; Tusc II 59. Iove fulgente, tonante; nat II 65. fulsisse mihi videbatur τὸ καλὸν ad oculos eius; A VIII 8, 2. »Nepae propter fulgentis acumen«; nat II 114.

fulgor, Glanz, Schimmer, Blitz, Wetterleuchten: I cum (anhelitus terrae) se in nubem induerint, tum et fulgores et tonitrua exsistere; div II 44. — II. cuius (candelabri) fulgore conlucere atque inlustrari Iovis templum oportebat; Ver IV 71. quae extis, quae fulgoribus praesentiuntur; div I 109.

fulgur, Blitz, Wetterleuchten (vgl. **fulgor**): 1. quae est gens, quae non fulgora interpretantium praedictione moveatur? div I 12. — 2. valet in fulguribus observatio diuturna; div II 42.

fulguralis, den Blitz betreffend: quod Etruscorum declarant fulgurales libri; div I 72.

fulgurator, Blitzdeuter: eadem conclusione uti posse fulguratores; div II 109.

fulguro, blitzen: in nostris commentariis scriptum habemus: „Iove tonante, fulgurante comitia populi habere nefas“; div II 42.

fuligo, Ruß: quasi fuligine abstersa praeclara senatus consulta fecisti; Phil II 91.

fulix, Seehuhn: »cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti nuntiat horribiles clamans instare procellas«; div I 14.

fulmen, Blitz, Blitzstrahl: I. cuius (Demosthenis) non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur; orat 234. — II, 1. fulmina fortunae contemnamus licebit; Tusc II 66. contorqueo: f. I. fulmen sinistrum auspicium optimum habemus ad omnes res praeterquam ad comitia; div II 74. quia tribunus plebis sinistrum fulmen nuntiabat; Phil II 99. — 2. quidam nec acumine posteriorum nec fulmine utens superiorum; orat 21. — III. is (Phaëthon) ictu fulminis deflagravit; of III 94. — IV. Romulus lactens fulmine ictus; div II 47. is (Aesculapius) fulmine percussus; nat III 57.

fulvus, rotgelb: »nuntia fulva Iovis«; leg I 2.

fumo, rauchen, dampfen: cum (praedones) fumantes nostras naves reliquissent; Ver V 95. recenti fossione terram fumare calentem; nat II 25.

fumosus, beräuchert: obrepsisti ad honores errore hominum commendatione fumosarum imaginum; Piso 1.

fumus, Rauch, Qualm: 1. hominem fumo excruciatum semivivum reliquit; Ver I 45. — 2. paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo; Piso 13.

funale, Fackel: delectabatur (C. Duellius) cereo || crebro || funali et tibicine; Cato 44.

functio, Verrichtung: labor est functio quaedam vel animi vel corporis gravioris operis et muneris: Tusc II 35.

funda, Schleuder: »fundum Vetto vocat, quem possit mittere funda, ni tamen exciderit, qua cava funda patet«; fr H XIV 1.

fundamentum, Grund, Grundlage, Grundforderung: I. hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus et copia bonorum; de or III 151. — II, 1. fundamenta ieci salutis tuae; ep X 29. labefactant fundamenta rei publicae: of II 78. his fundamentis positis consulatus tui; Piso 9. — 2. hoc uti initio ac fundamento defensionis; Cluent 30. — III. quae (senectus) fundamentis adulescentiae constituta sit; Cato 62.

funditus, von Grund aus, völlig, gänzlich: I. totam vitam evertunt funditus; Ac II 31. se istius opera funditus exstinctos esse; Ver II 52. necesse est rem publicam funditus interire; ep VI 2, 2. ut eius omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur; dom 114. quod (Epaminondas) Lacedaemonios funditus vicit; inv I 55. — nec earum rerum quemquam funditus natura esse voluit expertem; de or III 195.

fundo, begründen, befestigen, sichern: tam diligenter non modo fundatam, verum etiam exstructam disciplinam; fin IV 1. deflevi subitas fundatissimae familiae ruinas; dom 96. qui (rei publicae status) bonorum omnium coniunctione et auctoritate consulatus mei fixus et fundatus videbatur; A I 16, 6.

fundo, gießen, ausgießen, ergießen, ausströmen lassen, verbreiten, hervorbringen, gebären, aussprechen, dichten, niederwerfen, schlagen: I. tum se latius fundet orator || [or.] ||; orat 125. quod non ita vigeat, ut aut flores aut fruges fundat aut bacas; Tusc V 37. qui (umor, calor) est fusus in corpore; nat II 18. cum innumerabiles hostium copias fudisset; Rabir 29. cuius (Hydrae) longe corpus est fusum; nat II 114. flores, fruges: f. bacas. genus orationis fusum atque tractum; de or II 64. (genus facetiarum) aequabiliter in omni sermone fusum; de or II 218. hostibus fusis; ep X 14, 1. anhelitus terrarum, quibus inflatae mentes oracla funderent; div I 115. saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et volubiliter oratio; orat 210. quae (disserendi ratio et scientia) per omnes partes sapientiae manat et funditur: Tusc V 72. reliquae duae (res), sicuti sanguis in corporibus, sic illae in perpetuis orationibus fusae esse debebunt; de or II 310. Mercurium e patera

sanguinem visum esse fundere; div I 46. f. res. scientiam: f. rationem. si Antipater solitus est versus hexametros aliosque variis modis fundere ex tempore; de or III 194. nisi si vellent voces inanes fundere; Tusc III 42. — II. quae te beluam ex utero, non hominem fudit; Piso fr 14.

gradus, Schritt, Stufe, Staffel, Grad, Rang: I, 1. an censes non eosdem gradus oratorum vulgi iudicio et doctorum fuisse? Bru 186. in omnibus causis tres sunt gradus, ex quibus unus aliqui capiendus est ad resistendum; part or 101. — 2. quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres revertissent; A VII 23, 2. — II, 1. dum unum ascendere gradum dignitatis conatus est; Muren 55. capio: f. I, 1. part or 101. gradus templorum ab infima plebe completi erant; A IV 1, 5. maioribus nostris in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est; Ver II 3. ipsa aequabilitas est iniqua, cum habet nullos gradus dignitatis; rep I 43. cum omnes gradus aetatis recordor tuae; de or III 82. ut omnes et dignitatis et gratiae gradus tollerentur; Muren 47. — 2. non est causa conversionis, ubi in suo quisque est gradu firmiter conlocatus; rep I 69. sunt duae artes, quae possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis; Muren 30. — III. unus ex: f. I, 1. part or 101. — IV, 1. ascendens gradibus magistratuum; Bru 281. est quiddam gravissimum quoque tamquam sonorum gradibus descenditur; de or III 227. ut ea (honesta, commoda) inter se magnitudine et quasi gradibus, non genere differrent; nat I 16. — 2. a: f. Graecostasis. qui (populus Romanus) te ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit; Catil I 28.

Graece, griechisch, in griechischer Sprache: id faciebam multum etiam Latine, sed Graece saepius; Bru 310. cum ea, quae legeram Graece, Latine redderem; de or I 156. quae mihi tu de ratione dicendi Graece tradidisti; part or 1.

Graecostasis, Griechenstand: eius operae repente a Graecostasi et gradibus clamorem satis magnum sustulerunt; Q fr II 1, 3.

gramineus, aus Rohr: etiamne hastas gramineas (concupisti)? Ver IV 125.

grammatica, Sprachkunde: quibus (verbis) utimur pro Latinis, ut dialectica, grammatica; fin III 5.

grammaticus, Sprachkundiger, Gelehrter, n. pl. Sprachkunde: a, I. quoniam grammaticus es; A VII 3, 10. — II. si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur; Tusc II 12. quod (studium litterarum) profitentur ei, qui grammatici vocantur; de or I 10. — b. omnia fere dispersa quondam fuerunt; ut in grammaticis poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus; de or I 187.

granarium, Kornspeicher: num utiliorem tibi hunc Triarium putas esse posse, quam si tua sint Puteolis granaria? fin II 84.

grandesco, wachsen: »lentiscus triplici solita grandescere fetu«; div I 15.

grandifer, einträglich: quoniam hae quondam arationes grandiferae et fructuosae ferebantur; Phil II 101.

grandiloquus, großsprecherisch, großartig redend: qui tandem isti grandiloqui contra haec duo melius se habent quam Epicurus? Tusc V 89. et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate et maiestate verborum et contra tenues, acuti; orat 20.

grandis, groß, ansehnlich, bedeutend, heran gewachsen, an Jahren vorgerückt, bejahrt: A. cum hoc Catone grandiores natu fuerunt C. Flaminius, C. Varro; Bru 77. (C. Gracchus) grandis est verbis; Bru 126. exemplis grandioribus decuit uti; div I 39. tune in Siciliam tecum grandem praetextatum filium ducebas? Ver III 159. genus dicendi grandius quoddam et inlustrius esse adhibendum videtur; de or II 337. cum „grandem orationem“ pro longa dicimus; de or III 169. quo grandior (orator) sit et quodam modo excelsior; orat 119. eius filio pecuniam Nicaeenses grandem debent; ep XIII 61. uxori grande pondus argenti legavit; Caecin 12. grandi vitio praeditum exemplum; inv I 88. — B. a. cum quidam in theatrum grandis natu venisset; Cato 63. — b. qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere; fin IV 6.

granditas, Erhabenheit: id apparet ex genere et granditate verborum; Bru 121.

grando, Hagel: I. si grando quippiam || cuipiam || nocuit; nat III 86. II. quae (causa) terret animos nivibus, grandinibus; nat II 14.

granum, Korn, Kern: 1. Midae dormienti formicae in os tritici grana congesserunt; div I 78. granum ex provincia Sicilia nullum haberemus; Ver III 44 — 2. quae (terra) ex fici tantulo grano tantos truncos ramosque procreet; Cato 52.

grassator, Wegelagerer, Räuber: hoc modo viator quoque bene vestitus causa grassatori fuisse dicetur || diceretur ||, cur ab eo spoliaretur; fat 34.

grate, gern, dankbar: me, quod faciam, et grate et pie facere; Planc 98. (sapiens) praeterita grate meminit; fin I 62.

grates, Dank: grates tibi ago, summe Sol, quod conspicio . .; rep VI 9.

gratia, Dank, Dankbarkeit, Gunst, Gnade, Einfluß, Kredit, Gefälligkeit, Einvernehmen, Freundschaft: I, 1. nullam esse gratiam tantam, quam non vel capere animus meus in accipiendo vel in remunerando cumulare atque inlustrare posset; ep II 6, 2. contra nos faciunt summa gratia et eloquentia; Quinct 1. gratiam (eam appellant), quae in memoria et remuneratione officiorum et honoris et amicitiarum observantiam teneat; inv II 66. — 2. gratia (est), in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; inv II 161. — II, 1. vides, quam omnes gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus; A I 1, 4. L. Murenae provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit; Muren 42. maximas gratias et ago et habeo Pisoni; Phil I 15. appello: f. I, 1. tenet. capio: f. I, 1. est. conciliandae gratiae causa; Cluent 100. quod qui faciunt, plurimum gratiae consequuntur; of II 67. cumulo: f. I, 1. est. nec gratia deberi videtur ei, qui sua causa commodaverit; fin II 117. gratiam nostram exstinguit hominum suspicio; ep I 1, 4. habeo: f. ago, refero. magnam ineat gratiam; fin IV 31. inlustro: f. I, 1. est. neque illud ad neglegendam meam gratiam debet valere; Planc 82. huic utinam aliquando gratiam referre possimus! habebimus quidem semper; ep XIV 4, 2. retineo: f. acquiro. — 2. contineo in: f. I, 2. te apud eum (Caelium) quanta in gratia posui! A VI 6, 4. hic me meus in rem publicam animus cum Caesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam; prov 23. ut cum Crasso redirem in gratiam; ep I 9, 20. reduco, restituo in: f. reconcilio in. me cum Caesare et cum Appio esse in gratia; ep I 9, 4. — III. equestri vetere illa

auctoritate et gratia fretus; Ver III 61. — IV. alqd: f. II, 1. consequor. quamquam gratiarum actionem a te non desiderabam; ep X 19, 1. aequationem gratiae, dignitatis, suffragiorum (flagitasti); Muren 47. istam conciliationem gratiae Staienus excogitavit; Cluent 84. crimen gratiae concedebas; Q Rosc 19. reconciliationem esse gratiae factam; har resp 51. — V, 1. si qua gratia testes deterrentur; Font 3. Sp. Cassium summa apud populum gratia florentem; rep II 60. cum tanta gratia tantisque opibus accusatio vestra nitatur; Cael 19. per hospites apud externos populos valere opibus et gratia; of II 64. — 2. ut nemo a vobis, ut istum absolvatis, per gratiam conetur contendere; Ver pr 48. huic patronos propter Chrysogoni gratiam defuturos; Sex Rosc 28.

gratia, wegen, um — willen, zu Gefallen: I. quod facio, amicitiae dignitatisque L. Murenae gratia facio; Muren 78. si exempli gratia vir bonus magnum frumenti numerum advexerit; of III 50. — II. cum obsignandi gratia venissem; Ver I 50. — III. quae tibi non consolandi tui gratia dicent; Planc 52. ut dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia; fin I 36.

gratificatio, Gefälligkeit, Bewilligung: cum in imbecillitate gratificationem et benivolentiam ponitis; nat I 122. Sullana gratificatio reprehensa; Muren 42.

gratificor, willfahren, gefällig sein, darbringen, mitteilen: I, 1. in quo populo potestas honeste bonis gratificandi datur; leg III 39. — 2. quod Pompeio se gratificari putant; ep I, 1, 4. gratificatur mihi gestu accusator; Balb 14. — II. de eo, quod ipsis superat, (parvi) aliis gratificari volunt; fin V 42. — III. cur tibi hoc non gratificer, nescio; ep I 10.

gratiosus, in Gunst stehend, angenehm, beliebt, einflußreich: A. is (A. Trebonius) et suo splendore et nostra ceterorumque amicorum commendatione gratiosissimus in provincia fuit; ep I 3, 1. ita gratiosi eramus apud illum, ut . .; A XV 4, 3. non potentia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa; Planc 25. homo et domi nobilis et apud eos, quo se contulit, propter virtutem splendidus et gratiosus; Ver IV 38. species ipsa tam gratiosi liberti aut servi dignitatem habere nullam potest; ep I 2, 3. potentia: f. causa. rogatio ipsa semper est gratiosissima; Planc 25. ut gratiosi scribae sint in dando et cedendo loco; Bru 290. servus: f. libertus. — B. si Valerius interpres ad me nomina gratiosorum scripserit; A XVI 11, 7. habemus inventutis et gratiosorum in suffragiis studia; ep II 6, 3.

gratis, umsonst: gratis esse Oppianicum condemnatum; Cluent 132. cum aratores frumentum dare gratis mallent; Ver III 215. neminem ulla in civitate senatorem factum esse gratis; Ver II 120. habitent gratis in alieno; of II 83. id me scis antea gratis tibi esse pollicitum; Q fr III 1, 7.

gratuito, unentgeltlich, uneigennützig: hominis multorum causas et non gravate et gratuito defendentis; of II 66. cum mediocribus multis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebant; Arch 10.

gratuitus, unentgeltlich, uneigennützig: quae comitia si gratuita fuerint; Q fr II 14, 4. liberalitas gratuitane est an mercennaria? leg I 48. te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse; Planc 54. nisi (virtus) erit gratuita; Ac II 140.

gratulatio, Freudenbezeigung, Glückwunsch, Danksagung, Dankfest: I. gratae nostrae dis immortalibus gratulationes erunt; Phil XIV 7. fuit mihi saepe laudis nostrae gratulatio tua iucunda; A I 17, 6. f. II, 1. facio. — II, 1. tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus; ep XI 18, 3. a qua (plebe) plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata; A IV 1, 5. — 2. ne obtulisse nos gratulationi videamur; A IX 5, 1. — III, 1. ad urbem accessus incredibili hominum multitudine et gratulatione florebat; Sest 131. — 2. ut undique ad me cum gratulatione legati convenerint; A IV 1, 4. quod in precibus et gratulationibus non solum id (simulacrum) venerari, verum etiam osculari solent; Ver IV 94.

gratulator, Glück wünschend: [ita fit, ut gratulator laetior sit quam is, cui gratulatur]; fin II 108.

gratulor, Freude bezeigen, Glück wünschen, danken: I. vulgo ex oppidis publice gratulabantur; Tusc I 86. — II, 1. ipse mihi gratulatus sum; ep III 11, 2. gratularer felicitati tuae; ep IX 14, 7. — 2. quod mihi de eo, quod egerim, gratularis; ep IV 14, 3. ut tibi absenti de reditu nostro gratularer; A IV 1, 1. — 3. gratulor tibi, quod salvum te recepisti; ep XIII 73, 1. f. 4. — 4. tibi cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro oportunitate temporis gratulor, quod te summa laus prosecuta est; ep XV 14, 3. — III. qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritatem; A V 20, 1.

gratus, angenehm, erfreulich, dankenswert, dankbar: A. tu quam gratus erga me fueris; ep V 5, 2. te re ipsa atque animo esse gratissimum; ep X 19, 1. mihi, quod fecit, gratissimum; A IX 13, 3. huic animo gratissimo adsunt; Sulla 72. gratum hominem observantemque cognosces; Q fr II 12, 3. tuae litterae mihi gratae iucundaeque sunt; A VII 17, 1. gratissima memoria omnium civium; Phil X 7. eius in me meritum tibi gratum esse; Planc 73. cuius (Servii) officia iucundiora scilicet saepe mihi fuerunt, numquam tamen gratiora; ep IV 6, 1. si dis immortalibus, si senatui gratum et iucundum meum reditum intellegitis esse; dom 147. eae res, quas ingenio ac ratione persequimur, gratiores sunt quam illae, quas viribus; of II 45. ista veritas, etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est; A III 24, 2. nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordia est; Ligar 37. — B. facis amice tu quidem mihique gratissimum; A VIII 2, 2.

gravate, ungern: „qui erranti comiter monstrat viam", benigne, non gravate; Balb 36. cum vobis non gravate respondero; de or I 208.

gravedinosus, mit Schnupfen behaftet: dicimus gravedinosos quosdam, non quia iam sint, sed quia saepe; Tusc IV 27.

gravedo, Gliederschwere, Schnupfen: I. gravedo tua mihi molesta est; A XVI 11, 3. — II, 1. tu, quoniam novum morbum removisti, seda etiam gravedinem; A X 16, 6. — 2. gravedini, quaeso, omni ratione subveni; A XVI 14, 4.

graviditas, Schwangerschaft: ut Luna graviditates et partus adferat; nat II 119.

gravido, schwängern, befruchten: quae (terra) gravidata seminibus omnia pariat; nat II 83.

gravidus, schwanger, voll: cum esset gravida Auria; Cluent 31. »uberibus gravidis«; div I 20.

gravis, schwer, gewichtig, nachdrücklich, bedeutend, ernst, würdig, gewaltig, drückend, lästig, hart, schmerzlich, schwer verdaulich, dumpf, tief, tiefbetont: A. cum omnium sit urbanissimus, omnium gravissimum et severissimum et esse et videri; de or II 228. si tibi non graves sumus; de or III 147. tibi verenti, ne mihi gravis esses; Top 4. etsi gravis tibi nulla in re erit; ep XIII 69, 2. est quiddam in remissione gravissimum quoque tamquam sonorum gradibus descenditur; de or III 227. grave est homini pudenti petere aliquid magnum; ep II 6, 1. haec bona sunt, quibus aegritudines gravissimae detrahantur; Tusc III 46. sapientem plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructum; fin II 112. ut auctor vobis gravior nemo esse debeat; imp Pomp 68. quorum auctoritas gravissima debeat

esse; inv I 101. P. Caesennius, non tam auctoritate gravi quam corpore; Caesin 27. cum Tigrane grave bellum gessimus; Sest 58. cum eos (amicos) gravis aliquis casus experiri cogit; Lael 84. quoniam corrumpendi iudicii causas ille multas et graves habuit; Cluent 82. negat esse ullum cibum tam gravem, quin concoquatur; nat II 24. queritur gravis, locuples, ornata civitas; Flac 56. corpus: f. auctoritas. quod ego gravissimum crimen iudico; Phil II 3. o gravem acerbamque fortunam! Ver V 119. (vocis genus) sine commiseratione grave quoddam et uno pressu ac sono obductum; de or III 219. homini gravi leve est; Sest 115. cuius (senatus) est gravissimum iudicium de iure legum; dom 71. quodsi corporis gravioribus morbis vitae iucunditas impeditur; fin I 59. ut (senes) onus se Aetna gravius dicant sustinere; Cato 4. quid ego ita gravem personam induxi? Cael 35. quod solum bonum severus et gravis philosophus novit; fin II 29. barbaros excipientes gravissimas plagas; Tusc II 46. quae homini gravior poena accidere potuit? prov 14. cum gravibus seriisque rebus satis fecerimus; of I 103. breviter comprehensis gravissimis sententiis; fin II 20. ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum; de or I 251. grave tempus! div II 79. (Centuripini) hoc in te certiores gravioresque testes sunt, quod . .; Ver III 108. parumne declaravit vir gravis et sapiens . .? Tusc III 48. virtutes: f. artes. gravior vobis erit hostium voluntas quam civium? Font 32. voces ut chordae sunt intentae, acuta gravis, cita tarda; de or III 216. acutarum graviumque vocum iudicium; orat 173. Lentulus grave vulnus accepit; Phil VIII 14. — B, a. etiam graviores constantioresque admonendi sunt, ut . .; Lael 99. — b. quid ex ista acuta et gravi refertur ad τέλος? A XII 6, 2. — c. quod a gravioribus leviora natura repellantur; Tusc I 40.

gravitas, Schwere, Schwerkraft, Gewicht, Schwerfälligkeit, Beschwerde, Ungesundheit, Nachdruck, Gewalt, Ernst, Strenge, Bedeutung, Würde: I. corpore vix sustineo gravitatem huius caeli, quae mihi laborem adfert in dolore; A XI 22, 2. das mihi nullam gravitatem, nullam constantiam in Graecis hominibus esse; Flac 36. si in sensibus ipsius sapientis est aliqua forte gravitas aut tarditas; Ac II 53. ignari, quid gravitas, quid integritas valeret; Sest 60. — II, 1. cuius (Cyri) summa gravitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur; Q fr I 1, 23. gravitatem res habet, cum frequens ordo est; leg III 40. si umquam res publica consilium, gravitatem, sapientiam iudicum imploravit; Flac 3. quod corporis gravitatem et dolorem animo iudicamus; Tusc III 1. ne sit loci gravitas huic miserrimae perferenda; A XI 21, 2. quod gravitas honestis in rebus severisque ‖ et sev. ‖ ponitur; de or II 248. tu cum Sexto servasti gravitatem eandem, quam mihi praecipis; A X 1, 4. sustineo: f. I, 1. adfert. quod gravitatem in congressu nostro tenui, quam debui; A IX 19, 4. — 2. extraordinarium imperium est minime nostrae gravitatis; Phil XI 17. — 3. omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum; de or II 73. in quibus (obiurgationibus) utendum est fortasse verborum gravitate acriore; of I 136. — 4. cuius (Ti. Gracchi) utinam filii ne degenerassent a gravitate patria! prov 18. — III. quid tam indignum sapientis gravitate atque constantia (est) quam . .? nat I 1. — IV, 1. quo labefactari possit tanta contentio gravitatis et ponderum; nat II 116. quaerimus gravitatis, constantiae, firmitatis, sapientiae iudicium; Ac II 53. illam gravitatis severitatisque personam non appetivi; Muren 6. — 2. multae et cum gravitate facetiae; Bru 158. — V, 1. ne Caelium incipiat accusare illa sua gravitate censoria; Cael 35. corpora quaedam solida atque individua vi et gravitate ferri; nat II 93. cum (atomus) per inane moveatur gravitate et pondere; fat 24. tu, C. Piso, tali fide, virtute, gravitate, auctoritate ornatus; Q Rosc 7. me rarius ad te scribere gravitate valetudinis; ep VI 2, 1. — 2. egit causam summa cum gravitate copiaque dicendi; Sest 107. ne nimis indulgenter et cum gravitate potius loquar; A IX 9, 2. multi ex morbi gravitate maiores (sunt dolores); Phil XI 8.

graviter, schwer, gewichtig, bedeutend, nachdrücklich, ernst, würdig, streng, heftig, empfindlich, ungern, schmerzlich, dumpf, tief: I. singuli casus rerum humanarum graviter accipiuntur, si dicuntur dolenter; de or II 211. facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius aegrotant; Cato 67. causa graviter copioseque agenda est; div Caec 39. gravissime et verissime defenditur . .; fin III 71. fuisse quosdam, qui idem ornate ac graviter, idem versute et subtiliter dicerent; orat 22. Platonem existimo gravissime et copiosissime potuisse dicere; of I 4. tulit hoc commune dedecus graviter filius; Cluent 16. gravius de te iudicatum putarem; Planc 9. omnes bonos interitu suorum quam gravissime maerere oportere; Tusc III 63. Thucydides res gestas narrat, graviter sane et probe; orat 30. Dionysius graviter queritur; A XIII 2, b. quid est, quod possit graviter a Cicerone scribi ad Curionem nisi de re publica? ep II 4, 1. haec praescripta servantem licet magnifice, graviter animoseque vivere; of I 92. — II. eum (Posidonium) graviter esse aegrum: Tusc II 61. qui graviter saucius e caede effugerat: Tul 22.

gravo, beschweren, befruchten, pass. Schwierigkeiten machen, verdrießlich sein: 1. »semper gravata lentiscus«; div I 15. — 2. ut in eo gravarer, quod vos cupere sentirem; de or II 365. — 3. neque gravabor breviter meo more, quid quaque de re sentiam, dicere; de or I 107. qui gravere litteras ad me dare; ep VII 14, 1.

gregalis, Kamerad, Spießgesell: I. cum gregales eum (Titium) requirerent; de or II 253. — II, 1. gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis; ep VII 33, 1. — 2. si ego consul rem publicam contra te et gregales tuos defendissem; Sest 111. — III. vigere: f. II, 1.

gregarius, gemein: id etiam gregarii milites faciunt inviti; Planc 72.

gregatim, scharenweise: videtis cives Romanos gregatim coniectos in lautumias; Ver V 148.

gremium, Schoß: I. quae (terra) cum gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit; Cato 51. — II, 1. quae (Aetolia) medio fere Graeciae gremio continetur; Piso 91. — 2. apparet, filios non tam in gremio educatos quam in sermone matris; Bru 211. filia in fratris manibus et gremio maerore consenescebat; Cluent 13.

grex, Herde, Schar, Schwarm, Kreis: I. si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges; Catil II 10. urgerent philosophorum greges: de or I 42. — II, 1. caedit greges armentorum reliquique pecoris; Phil III 21. pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur: nat I 122. quae (pecudes) dispulsae sui generis sequuntur greges; A VII 7, 7. quam magnos tenuit amicorum greges! fin I 65. — 2. capio ex: f. 1. diligo. si qua erunt mediocria, in mediam turbam atque in gregem coiciantur; de or II 314. gloriam sperabit a latronum gregibus, Phil XII 26. — III. alter faeneratorum gregibus inflatus; Sest 18.

grunditus, Grunzen: ne stridorem quidem serrae (audiunt), tum cum acuitur, aut grunditum, cum iugulatur, suis; Tusc V 116.

grus, Kranich: grues cum loca calidiora petentes maria transmittant, trianguli efficere formam:

nat II 125. quae (animalia) altiora sunt, ut grues; nat II 123 (122).

gubernaculum (gubernaclum), Steuer, Steuerruder, Leitung: I. »gubernaclum disperso lumine fulgens«; fr H IV, a, 381. — II, 1. qui sibi gubernacula patriae depoposcerunt; Sest 99. cum gubernacula rei publicae tenebamus; div II 3. civitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit; de or I 214. — 2. cum ad gubernacula rei publicae temerarii atque audaces homines accesserant; inv I 4. ille naufragus ad gubernaculum accessit et navi, quod || quoad || potuit, est opitulatus; inv II 154. repelli oratorem a gubernaculis civitatum; de or I 46.

gubernatio, Steuerung, Lenkung, Regierung: I. quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse; Catil III 18. usus eius (virtutis) est maximus civitatis gubernatio; rep I 2. — II. qui (populus Romanus) numquam summi consilii gubernationem auferre conatus est; Vatin 36. — III, 1. tu summi imperii gubernatione districtus; de or III 131. per quam (continentiam) cupiditas consilii gubernatione regitur; inv II 164. — 2. si in ipsa gubernatione neglegentia est navis eversa; fin IV 76.

gubernator, Steuermann, Lenker: I. ut si qui gubernatorem in navigando nihil agere dicant, cum ille clavum tenens quietus sedeat in puppi; Cato 17. ut gubernator aeque peccat, si palearum navem evertit et si auri; fin IV 76. tempestates (providet) gubernator; div II 16. sedet, tenet: s. agit. — II, 1. quid est propositum his rei publicae gubernatoribus? Sest 98. — 2. quae (navis) scientissimo gubernatore utitur; inv I 58. — III. ut gubernatoris ars, quia bene navigandi rationem habet, utilitate, non arte laudatur; fin I 42.

gubernatrix, Lenkerin: ista praeclara gubernatrice, ut ais, civitatum eloquentia || [el.] || rem publicam dissipaverunt; de or I 38.

guberno, steuern, leiten, lenken, regieren: I, 1. num tot regum naufragium sustulit artem gubernandi? div I 24. — 2. ut si nautae certarent, quis eorum potissimum gubernaret; of I 87. — II. quod (bellum civile) opinione plerumque et fama gubernatur; Phil V 26. iter meum rei publicae et rerum urbanarum ratio gubernabit; ep II 17, 1. cuius fortunae nos motum ratione quadam gubernabimus; A VIII 4, 1. quae (dea) mundum omnem gubernet et regat; nat II 73. qui rei publicae navem gubernassem; Piso 20. si ii rem publicam regent, quorum nemo duo menses potuit patrimonium suum gubernare; A X 8, 6. si sapientia est, quae gubernet rem publicam; rep III 47. illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque cum animi, tum corporis; Sulla 78. quibus praeposita (ratio) vitam omnem debet gubernare; fin IV 39.

gula, Schlund, Kehle, Schlemmerei: I. o gulam insulsam! A XIII 31, 4. — II. quem (Sex Cominium) obtorta gula de convivio in vincla abripi iussit; Ver IV 24.

gurges, Strudel, Schlund, Abgrund, Prasser: I. qui (Apronius) immensa aliqua vorago est et gurges vitiorum turpitudinumque omnium; Ver III 23. — II, 1. videtis, quos et quam multos habeat Antonius. primum Lucium fratrem, quem gurgitem, quam voraginem! Phil XI 10. — 2. ut eorum divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat; Sest 93. — III. Rheni fossam gurgitibus illis redundantem; Piso 81.

gurgulio, Kehle: ut eos omnes (servos) gurgulionibus insectis relinquerent; Tul 21.

gurgustium, Hütte, Kneipe: (deus) videlicet in tenebris tamquam in gurgustio habitaverat; nat I 22. meministine nescio quo e gurgustio te prodire? Piso 13.

gustatus, Geschmack: I. gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, quam cito id, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit! de or III 99. gustatus habitat in ea parte oris, qua . .; nat II 141. respuit: s. aspernatur. — II. facinerosi verae laudis gustatum non habent; Phil II 115. — III. quae (uva) primo est peracerba gustatu; Cato 53.

gusto, kosten, schmecken, genießen: paululum || paulum || sitiens istarum artium gustavi; de or III 75. quia Stoicorum ista magis gustata quam potata delectant; Tusc V 13. ut ne aquam quidem gustarem; ep VII 26, 1. artes: s. alqd. qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae; Cael 28. quam (herbam caprae) cum gustavissent; nat II 126. quod nullam partem per aetatem sanae et salvae rei publicae gustare potuisti; ep XII 23, 3. de actione et de memoria quaedam brevia praecepta gustaram; de or I 145.

gustus, Geschmack: quae (aquae) † gustu tamen Arpinatis fuissent; fr A XIII 21.

gutta, Tropfen: I. quem (numerum) in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus; de or III 186. — II. quae (causa) terreret animos guttis imbrium quasi cruentis; nat II 14.

guttur, Kehle: »fulix tremulo fundens e gutture cantus«; div I 14.

gymnasiarchus, Vorsteher der Turnanstalt: demoliendum (Mercurium) curavit Demetrius gymnasiarchus, quod is ei loco praeerat; Ver IV 92.

gymnasium, Turnanstalt: I. clamabunt, credo, omnia gymnasia atque omnes philosophorum scholae sua esse haec omnia propria; de or I 56. — II. longe Academiae illi ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam; de or I 98. saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophi garrire coeperunt; de or II 21. cum omnia gymnasia philosophi teneant; de or II 21. cum audissem Antiochum in eo gymnasio, quod Ptolomaeum || Ptolem. || vocatur; fin V 1. — III. iuventutis exercitatio quam absurda in gymnasiis! rep IV 4. s. II. invenio, voco.

gymnicus, gymnastisch: Crotoniatae honestissimas ex gymnico certamine victorias domum rettulerunt; inv II 2. praecones ludorum gymnicorum; ep V 12, 8.

gynaecium, Frauenwohnung: syngrapha facta in gynaecio est; Phil II 95.

gypso, mit Gips überziehen: quibus (matronis) illa (Medea) manibus gypsatissimis persuasit, ne . .; ep VII 6, 1.

gyrus, Kreis: ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis; de or III 70. homines secundis rebus effrenatos tamquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere; of I 90.

Habena, Zügel: quam laxissimas habere habenas amicitiae, quas vel adducas vel remittas; Lael 45. cui (senatui) populus ipse moderandi et regendi sui potestatem quasi quasdam habenas tradidisset; de or I 226.

habeo, (habessit: s. III. deos), haben, besitzen, behalten, enthalten, herbeiführen, verursachen, meinen, glauben, schätzen, annehmen, kennen, wissen, können, sich befinden, sich verhalten: I. **absolut**: 1. solum habere velle summa dementia est; Tusc IV 56. — 2. te plane febri carere et belle habere; ep XVI 15, 1. pro malis recte habebat; A XII 14, 3.

II. **mit Ergänzung**: 1. de me sic habetote; Lael 10. — 2. nec mehercule habebam, quid scriberem; ep IX 10, 1. quid faciat, non habet; ep IX 17, 2. quem fugiam, habeo, quem sequar, non habeo; A VIII 7, 2. — 3. quid habes de causa dicere? part or 10. de Alexandrina re tantum habeo polliceri, me tibi satis facturum; ep I 5, a, 3. de re publica nihil habeo ad te scribere; A II 22, 6. — 4. sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc; rep VI 26.

III. **mit einfachem Object**: habere eum (Aristippum) Laida; ep IX 26, 2. cum se Cicero meus belle habebit; Q fr III 8, 2. ut adhuc habuit se status iudiciorum; Ver III 205. si ita res se habeat; fin I 25. ea res sic se habet; ep III 5, 3. dicitur carere, cum aliquid non habeas et non habere te sentias; Tusc I 88. s. admirationem, asperitatem, certum, cognitum, consilium, divinum, firmitudinem, ius, malum, sollicitudinem. quae (emendatio philosophiae) omnino aditum nullum habere potest in urbem; fin IV 21. quid habet ista multitudo admirationis? Muren 69. vos agros non habebitis; agr II 72. si Coriolanus habuit amicos; Lael 36. magnum fac animum habeas et spem bonam; Q fr I 2, 16. si locus habet reprehensionis ansam aliquam; Planc 84. hanc nos habere sive anticipationem sive praenotionem deorum, ut . .; nat I 44. aphracta Rhodiorum et dicrota Mytilenaeorum habebam; A V 11, 4. humani animi eam partem, quae sensum, quae motum, quae appetitum habeat; div I 70. quae (figura) nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest; nat II 47. quo maiorem auctoritatem haberet oratio; Cato 3. qua (celeritate) si essemus usi, bellum nullum haberemus; Phil V 53. cum sit aemulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat; Tusc IV 56. aetas illa multo plures quam nostra casus mortis habet; Cato 67. quoniam corrumpendi iudicii causas ille multas et graves habuit, hic nullam; Cluent 82. qui se aliquid certi habere arbitrantur; nat I 14. cum rerum natura quam cognationem (haec) habent? div II 33. cum nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti; Ac II 23. habet aliquot cohortes, habet equitatum; Phil XI 26. interrege Appio Caeco comitia contra leges habente; Bru 55. omnem commoditatem vitae a dis se habere; nat III 86. comprehensum, constitutum: s. cognitum. amicos tuos plus habuisse pudoris et consilii; Piso 39. Milone occiso habuisset suos consules; Milo 89. habuit de eodem me P. Lentulus consul contionem; Sest 107. (causa) scripti an rationis habeat controversiam; inv I 18. quam multas cupiditates, quam varias, quam infinitas habuerit; Ver II 184. quae cursus certos et constantes habent; nat III 24. alii (loci communes) habent deprecationem aut miserationem; alii vero ancipites disputationes; de or III 107. in Graecia multos habent ex hominibus deos; nat III 39. »separatim nemo habessit deos«; leg II 19. dicrota: s. aphracta. ut (Capitolium) nullam sine fastigio dignitatem habiturum fuisse videatur; de or III 180. dilectu tota Italia habito; Phil XIII 23. quae (disputatio) mihi nuper habita est in Tusculano; Tusc II 2. s. deprecationem. hoc auspicium divini quicquam habere potest, quod tam sit coactum? div II 73. equitatum: s. cohortes. ut habeat exercitum; imp Pomp 50. non numquam bonos exitus habent boni; nat III 89. quae habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium; Tusc IV 23. si defensioni Gabinii fidem non habes; Rab Post 20. is cum haberet unicam filiam; Ver I 104. quando finem habet motus; Tusc I 53. ita populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum neque flamines habebit; dom 38. ut per se minus habeant firmitudinis; inv II 58. cum plures fundos haberet; agr II 82. habeo maximam gratiam Laelio; rep I 37. qui honos togato habitus ante me est nemini; Catil IV 5. sibi habeant honores; Flac 104. si habet imperium a populo Romano; Ver II 121. cum ex eo numero iudices haberet; Ver II 44. nec potest is ullum habere iudicium aut ullam omnino veritatis notam; Ac II 33. si idem nos iuris haberemus, quod ceteri; Balb 29. apud eum quem habet locum fortitudo? of III 117. sit aliquis, qui nihil mali habeat; Tusc I 85. habuit (L. Lucullus) divinam quandam memoriam rerum; Ac II 2. miserationem: s. deprecationem. cum ad beatam vitam nullum momentum cetera haberent; fin IV 47. sol, luna quem motum habeat? div II 10. s. appetitum. quod beatum et immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium; nat I 85. s. sollicitudinem. quae voluptatis nomen habent; Muren 13. notam: s. iudicium. offensionem: s. asperitatem, fastidium. si opes magnas habeant; of I 70. quam (opinionem) de meis moribus habebat; Lael 30. contra mortem habita oratio; Tusc II 11. et pacem stabilem et aliquam rem publicam nobis habere licuisset; Phil XIII 2. habes tantam pecuniam; agr II 66. perceptum: s. cognitum. has litteras tantum apud te pondus habuisse; ep XIII 17, 3. qui summam potestatem habetis; Sex Rosc 29. praenotionem: s. anticipationem. a quo praesidium res publica tantum haberet; Phil VI 20. pudorem: s. consilium. cum valetudinis rationem habueris, habeto etiam navigationis; ep XVI 6, 1. dedicatio magnam habet religionem; dom 127. rem publicam: s. pacem. regem: s. flamines. quod (natura) habet quasi viam quandam et sectam, quam sequatur; nat II 57. Antonio senatum habente; Phil III 9. omne animal sensus habet; nat III 32. s. appetitum. si quem cum eo sermonem habueris; ep XVI 22, 2. quicquid habuerit sollicitudinis ac negotii; Cluent 169. quaedam humanitatis quoque habent primam speciem; Tusc IV 32. quod in te ipso maximam spem habebam; ep III 10, 1. s. animum. si habet Asia suspicionem luxuriae quandam; Muren 12. habeat huius tanti facti testimonium sempiternum; Phil V 37. multis verbis ultro citroque habitis ille nobis consumptus est dies; rep VI 9. viam: s. sectam. exsilia, orbitates magnam vim habere ad male misereque vivendum; Tusc V 24. nescis, quantas vires virtus habeat; par 17. quem ex quaque belua usum habere possemus; of II 14. solere aiunt reges barbaros plures uxores habere; Ver III 76.

IV. **mit Object und prädicativem Zusatz**: 1. ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo; ep XVI 5, 2. quam possessionem habet in agro Fregellano *a* vobis emptam; ep XIII 76, 2. me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere; Cluent 143. illud est hominis magni, habere in consilio legem, religionem, aequitatem, fidem; Cluent 159. quae habemus etiam in publicis institutis atque legibus; leg III 43. quod (equus) habuit apes in iuba; div II 67. habeo opus magnum in manibus; Ac I 2. quem (proavum) tu in ore semper habes; fin III 37. hunc hominem in iudicum numero habebimus? Ver II 79. quod tu homo castissimus aliud in tabulis habebas; Ver I 100. — 2. ne incognita pro cognitis habeamus; of I 18. ceteris omnibus pro nihilo habitis; Tusc V 9. — 3. sine metu is habendus est, qui . .; Tusc V 41. — 4. illa (virtus) omnia, quae cadere

in hominem possunt, subter se habet; Tusc V 4. — 5. illi maiorum gentium di qui habentur; Tusc I 29. non habeo nauci Marsum augurem; div I 132. — 6. habere quaestui rem publicam nefarium (est); of II 77. nec est habendum religioni nocentem defendere; of II 51. — 7. cum honestatem eo loco habeat, ut . .; fin II 50. qui se iudicum numero haberi volunt; Tusc I 98. — 8, a. habet clarissimos viros res publica auctores; Phil II 36. habeo iudices tecum principes civitatis; Ver III 210. — b. aliud: ſ. 1. Ver I 100. contumeliosa habenda est oratio; Planc 6. ut (animus) omnes partes suas habeat incolumes; fin V 36. qui (Bias) sapiens habitus esset unus e septem; Lael 59. Teretinam (tribum) habuerat venalem; Planc 43. — c. non habebimus necesse semper concludere; part or 47. eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus; A X 1, 4. se satis superque habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur; Q Rosc 11. — d. omnia, quae quisque meminit, habet ea comprensa atque percepta; Ac II 106. eos (Caunios) neque ex edicto neque ex decreto (pecuniam) depositam habuisse; ep XIII 56, 3. emptum: ſ. 1. ep XIII 76, 2. nos habere etiam insitam quandam vel potius innatam cupiditatem scientiae; fin IV 4. haec est illa sapientia, et perceptas penitus et pertractatas res humanas habere; Tusc III 30. ſ. comprensum. quod celari opus erat, habebant sepositum et reconditum; Ver IV 23. si habes iam statutum, quid tibi agendum putes ep IV 2, 4.

habilis, paſſend, geſchickt: 'sunt quidam ita in isdem rebus habiles, ut . .; de or I 115. (calcei Sicyonii) quamvis essent habiles atque apti ad pedem; de or I 231. figuram corporis habilem et aptam ingenio humano (natura) dedit; leg I 26.

habilitas, geſchickte Anlage: omitto oportunitates habilitatesque reliqui corporis; leg I 27.

habitabilis, bewohnbar: cum videmus globum terrae duabus oris distantibus habitabilem et cultum; Tusc I 68. et habitabiles regiones et rursum omni cultu vacantes; Tusc I 45.

habitatio, Wohnung: I. peto a te, ut ei de habitatione accommodes; ep XIII 2. — II. sumptus unius generis obiectus est, habitationis; Cael 17.

habitator, Bewohner: tuam (domum) in Carinis mundi habitatores Lamiae conduxerunt; Q fr II 3, 7. novi conventus habitatores sane movent; A XV 3, 1.

habito, wohnen, bewohnen: I, 1. habitari ait Xenophanes in luna; Ac II 123. — 2. qui habitaret in subselliis; de or I 264. illi habitarunt in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille, sed usu maiore; de or II 160. diserti Q. Varius C. Carbo, et hi quidem habitabant in rostris; Bru 305. quonam modo ille in bonis haerebit et habitabit suis? orat 49. decrevi habitare apud te; ep IX 15, 5. ubi (animus) habitet; Tusc I 67. ut deus ipse melius habitaret; nat I 22. ceteras voluptates in ipsis habitare sensibus; Tusc V 111 — II. colitur ea pars et habitatur frequentissime; Ver IV 119.

habitus, Erſcheinung, Haltung, Zuſtand, Stimmung: I, 1. qui habitus et quae figura non procul abesse putatur a vitae periculo; Bru 313. corpori mediocris habitus accesserat; Bru 316. quoniam (habitus) in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistit; inv II 30. vitiositas est habitus aut adfectio a se ipsa dissentiens; Tusc IV 29. erat eius (P. Antistii) quidam tamquam habitus non inurbanus; Bru 227. inerat habitus virginalis; Ver IV 74. iustitia est habitus animi communi utilitate conservata suam cuique tribuens dignitatem; inv II 160. — 2. sum: ſ. 1. dissentit, tribuit. II, 1. adficio. — II, 1. hi sunt fere quasi quidam habitus animi sic adfecti et constituti, ut sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti; part or 79. habitum appellamus animi aut corporis || [aut corp.] || constantem et absolutam aliqua in re perfectionem; inv I 36. qui non tam habitus corporis opimos quam gracilitates consectentur; Bru 64. constituo, distinguo: ſ. adficio. — 2. ipsa Himera in muliebrem figuram habitumque formata; Ver II 87. quae industria comparantur, ad habitum pertinent; inv I 35. qui processit aliquantum ad virtutis habitum; fin III 48. — III. quid est, quod declarari possit habitu extorum et colore? div II 30.

hac, hier: cum (Academicus) et hac et illac aurem diligenter admoverit; A fr 20 (Z. 29). qui hac iter faciebant; ep V 4, 1.

hactenus, bis dahin, bis hierher, ſo weit, inſofern: hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior fieres . .; ep IV 3, 3. tibi hactenus mando, de illo nostro exquiras; A XIII 49, 2. artem et praecepta dumtaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur; de or II 119. hactenus fuit, quod caute a me scribi posset; A XI 4, a (2). sed haec quidem hactenus; of I 91.

haedinus, von jungen Böcken: ille stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos; Muren 75.

haedus, junger Bock: villa abundat porco, haedo, agno; Cato 56.

haereo, bleiben, haften, hangen, anhangen, ſtocken, aufhören, ſtecken bleiben, in Verlegenheit ſein: I. haerere in iure ac praetorum tribunalibus insignis est impudentiae; de or I 173. — II. nisi haereret in eorum mentibus mortem esse migrationem; Tusc I 27. — III. sic dicet ille, ut una in re haereat; orat 137. in quo etiam Democritus haeret; fin I 20. qui mihi haeres in medullis; ep XV 16, 2. valde in scribendo haereo; A XIII 39, 2. quae sunt foris neque haerent in rei natura; de or II 163. dicet ille quidem multa, sed aqua haeret, ut aiunt; of III 117. in eo culpa et crimen haerebit; Ver III 106. quod privatarum rerum dedecus non haeret in fama? Catil I 13. cum ante illud facete dictum emissum haerere debeat, quam cogitari potuisse videatur; de or II 219. infixus haeret animo dolor; Phil II 64. ut non possit haerere in tam bona causa tam acerba iniuria; ep VI 5, 2. linguam ad radices eius haerens excipit stomachus; nat II 135. terra nona immobilis manens una sede semper haeret; rep VI 18.

haeresis, Schule: I. Cato in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis; par 2. — II. ioca tua plena facetiarum de haeresi Vestoriana risisse me satis; A XIV 14, 1.

haesitantia, Stottern: qui (Bambalio) propter haesitantiam linguae cognomen ex contumelia traxerit; Phil III 16.

haesitatio, Bedenklichkeit, Verlegenheit: si facile inveneris, quid dicas, noli ignoscere haesitationi meae; ep III 12, 2.

haesito, zaudern, ſtocken, unentſchloſſen, in Verlegenheit ſein: (C. Carbonem) haesitantem in maiorum institutis; de or I 40. sunt quidam ita lingua haesitantes, ut . .; de or I 115. (vocis genus) demissum et haesitans et abiectum; de or III 218. quis orator magnus haesitavit ob eam causam, quod . .? de or I 220. dubitans, circumspectans, haesitans nostra vehitur ratio; Tusc I 73. si dixit aliquid verbis haesitantibus; dom 134.

halitus, Hauch: »Nemeaeus leo efflavit extremum halitum«; Tusc II 22.

halucinor, ſchwatzen, töricht handeln: I. suspicor hunc halucinari; A XV 29, 2. epistulae nostrae debent interdum halucinari; Q fr II 9, 1. — II quae Epicurus oscitans halucinatus est; nat I 72.

hamatus, gekrümmt, hakenförmig: hamatis uncinatisque corporibus concreta haec esse; Ac II 121. esse corpuscula hamata quaedam et quasi adunca; nat I 66.

hara, Stall: Epicure noster ex hara producte; Piso 37.

harena (ar.), Sand, Sandfläche, Kampfplatz: I, 1. ut harenam aliquam aut paludes emat; agr II 71. — 2. in arena geometricas formas quasdam esse descriptas; rep I 29. — II. cum barbaros in harena videris excipientes gravissimas plagas; Tusc II 46.

harenaria, Sandgrube: Asuvius in harenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur; Cluent 37.

hariolor, wahrsagen: qui quaestus causa hariolentur; div I 132. *προθεσπίζω* non hariolans ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens; A VIII 11, 3.

hariolus, Wahrsager: I. ut harioli, vates, coniectores nobis essent colendi; nat I 55. — II. hariolorum et vatum furibundas praedictiones; div I 4.

harmonia, Einklang, Harmonie: I. si (animus) est Aristoxeni harmonia; Tusc I 14. — II. harmonian || harmoniam || ex intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures; Tusc I 41. — III. ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat; nat III 27.

haruspex, Opferschauer, Weissager: I. multa cernunt haruspices; nat II 163. videamus, quid haruspices dicant; har resp 28. qui (haruspices) recentibus comitiis in senatum introducti negaverunt iustum comitiorum rogatorem fuisse; div I 33. nonne haruspices ea responderunt, quae evenerunt? div I 98. mirabile videtur, quod non rideat haruspex, cum haruspicem viderit; nat I 71. — II. duobus anguibus domi comprehensis haruspices a patre convocatos; div II 62. non habeo nauci vicanos haruspices; div I 132. irrideamus haruspices, vanos, futtiles || futiles || esse dicamus, quorumque disciplinam eventus ac res comprobavit, contemnamus; div I 36. introduco: f. I. negant. video: f. I ridet. — III. haruspicum disciplinae magna accessit auctoritas; div I 33. f. II. inrideo. ex hoc haruspicum responso decrevit senatus, ut . .; har resp 11. de sententia scribae, medici haruspicisque condemnat (hominem); Ver II 75. — IV. quota quaeque res evenit praedicta ab istis (haruspicibus)? div II 52.

haruspicina, Opferschau: I, 1. ut ordiar ab haruspicina, quam ego rei publicae causa communisque religionis colendam censeo; div II 28. cum, qui hodie haruspicinam facerent, in senatum Romae legerentur; ep VI 18, 1. — 2. ordior ab: f. 1. colo. — II. qua (oratione) haruspicinae diciplina contineretur; eam postea crevisse rebus novis cognoscendis; div II 50.

haruspicinus, die Opferschau betreffend: quod Etruscorum declarant et haruspicini et fulgurales libri; div I 72.

hasta, Schaft, Speer, Lanze: I. unum vereor, ne hasta Caesaris refrixerit; ep IX 10, 3. — II, 1. a quo (auctore) cum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit; de or I 242. etiamne gramineas hastas (concupisti)? Ver IV 125. quod accusator singula argumenta quasi hastas in manu conlocat || conlocatas, al. ||, vehementer proponit; part or 14. (Epaminondas) evelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam; fin II 97. (iuris consulti) patronis hastas ministrant; Top 65. propono: f. conloco. torqueo: f. accipio. qui (Samnites) vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur; de or II 325. — 2. utor: f. 1. vibro. — III. tres habet condiciones, aut emptionem ab hasta aut . .; A XII 3, 2. — IV. videntur prope hasta praeconis insectari Cn. Pompei exercitum; agr I 6. transfigi: f. II. 1. evello.

hastatus, Abteilung der Speerträger: cum signifer primi hastati || astati || signum non posset movere loco; div I 77.

hastile, Lanzenschaft: Q. Scaevola hastili nixus; Rabir 21.

haud, nicht, keineswegs: I. haud sane difficile dictu est; nat II 138. haud mediocris hic vir fuit; rep II 55. inest haud obscurum odium; har resp 55. — II. idque haud paulo est verius, quam . .; leg III 32. quod (senectus) haud procul absit a morte; Cato 15. — III. quamquam haud ignoro nos dicere . .; div II 82. haud scio an multo sit etiam adiuvandus magis; Milo 92.

haudquaquam, keineswegs: I. sed haudquaquam boni est ratione vinctum velle dissolvere: Tim 40. haudquaquam id est difficile Crasso; de or II 143. homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens; de or I 38. — II. haudquaquam hercule mirandum est; de or III 82.

haurio, schöpfen, entnehmen, einschlürfen, erdulden: I. tu quidem de faece hauris; Bru 244. num, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Bru 288. — II. a qua (natura deorum) haustos animos et libatos habemus; div I 110. cum vidisset haustam aquam de iugi puteo; div I 112. quas (artes) cum domo haurire non posses; Bru 332. luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem; Sest 63. eodem fonte se hausturum intelleget laudes suas, e quo sit leviter aspersus: ep VI 6, 9. luctum: f. dolorem. ad meum sanguinem hauriendum advolaverunt; Sest 54. in pulmonibus inest mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima; nat II 136. quia ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur; de or I 12. sumptum haurit ex aerario; agr II 32.

haustus, Quellenbenutzung: aquae ductus, haustus a patre sumitur; Caecin 74.

hebdomas, der siebente kritische Tag: ne in quartam hebdomada incideres; ep XVI 9, 3.

hebes, stumpf, abgestumpft, schwerfällig, unempfindlich, stumpfsinnig: acutus an hebetior (sit); inv I 35. M. Pontidius nec hebes in causis; Bru 246. acuti hebetesne simus; fat 9. me hebetem molestiae reddiderunt; A IX 17, 2. populi Romani aures hebetiores (esse); Planc 66. aliquia, sed hebes (dolor); A VIII 3, 4. si fuerit is hebeti ingenio atque nullo; Tusc V 45. neque tam acri memoria fere quisquam est neque vero tam hebeti, ut . .; de or II 357. sensus omnes hebetes et tardos esse arbitrabantur; Ac I 31. etsi (spondius), quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior; orat 216. quin ea tela leviora atque hebetiora esse videantur; har resp 2.

hebesco, stumpf werden, sich abschwächen, erlahmen: qui in eo (otio) nosmet ipsos hebescere et languere nolumus; Ac II 6. patimur hebescere aciem horum auctoritatis; Catil I 4.

hedera Efeu: topiarium laudavi; ita omnia convestivit hedera; Q fr III 1, 5.

hedychrum, Räucherwerk: hedychri incendamus scutellam; Tusc III 46.

heia, nun: et Philus: heia vero, inquit, geram morem vobis; rep III 8.

helica, Schraubengewinde: omnes orbes eorum (siderum) quasi helicae inflexione vertebat: Tim 31.

helluatio, Schlemmerei: in lustris et helluationibus huius calamistrati saltatoris; sen 13.

helluo, Schwelger, Verprasser: I. ille gurges et helluo, natus abdomini suo, ausus est a senatu

supplicationem postulare; Piso 41. me ipsum ut contempsit helluo patriae! nam quid ego „patrimonii" dicam? Sest 26. — II. tu helluoni spurcatissimo omnes mancipes tradidisti? dom 25.

helluor, schwelgen: tu meo periculo helluabare? Sest 111. quibuscum iam in exostra helluatur; prov 14. quo magis tum quasi helluari libris, si hoc verbo in tam clara re utendum est, videbatur; fin III 7.

helvella, Küchenkraut: fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius; ep VII 26, 2.

hem, ei! hem, Postume, tune es C. Curtii filius? Rab Post 45. hem, mea lux! ep XIV 2, 2. vgl. em.

hemicyclium, Lehnsessel: domi in hemicyclio sedentem (Scaevolam); Lael 2.

herba, Halm, Gras Kraut: I. herbas arescere et interfici; fr F I 12. — II, 1. ut segetes herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus; orat 48. interficio: s. I. — 2. in Lysandri statua in capite corona subito exstitit ex asperis herbis et agrestibus; div I 75. cum (natura fruges) ad spicam perduxerit ab herba; fin IV 37. cum ipse (Lepidus) in herba recubuisset; de or II 287. — III. pronuntiabas genera herbarum, quarum causam ignorares, vim et effectum videres; div II 47. — IV. terra vestita floribus, herbis; nat II 98.

herbesco, Halme treiben, hervorsprießen: elicit (terra) herbescentem ex eo (semine) viriditatem; Cato 51.

herbigradus, im Grase wandelnd: aegrotus sumat »terrigenam, herbigradam«; div II 133.

herbula, kleines Kraut: cervae paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae seselis dicitur; nat II 127.

hercisco, die Erbschaft teilen: nec, qui, quibus verbis herctum cieri oporteat, nesciat, idem herciscundae familiae causam agere non possit; de or I 237. nomine heredis arbitrum familiae herciscundae postulavit; Caecin 19.

herctum, Erbschaft: s. **hercisco.**

hercule (hercle, al.), wahrlich, wirklich: credo hercle ita esse; leg II 34. et hercle si sic ageres; Bru 251. non hercule dubito, quin ..; rep I 37. et hercule sine dubio erit ignominia; ep II 18, 2. valde hercules vobis laborandum est; Phil XII 4. et hercules eae (laudationes) quidem exstant; Bru 62. numquam mehercule hoc dicerem; de or I 71. „mehercule" (libentius dixerim) quam „mehercules"; orat 157. non mehercule aequo animo te careo; A IV 18, 5. multa me movent, in primis mercule ‖ meh. ‖, quod diiungor a te; A XVI 3, 4. sed mehercules homo bellus est; ep VII 16, 2. sed mehercules extra iocum; ep VII 32, 3. doleo mehercules te tam esse distentum; A XV 19, 1.

here s. **heri.**

hereditarius, die Erbschaft betreffend, erblich, geerbt: cum esset haec auctio hereditaria constituta; Caecin 13. erit cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium; rep VI 11. multae sunt domus iure hereditario; har resp 14. in re adventicia atque hereditaria; Ver I 126.

mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligavit? Top 45. magno beneficio eius (L. Lamiae) magnoque merito sum obligatus; ep XI 16, 2. quibuscumque officiis Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore; ep XIII 18, 2. audebo etiam obligare fidem meam vobis; Phil V 51. quo minus castissimos ludos omni scelere obligares; har resp 27. quin tam honestum municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligari velis; ep XIII 4, 2. cum populum Romanum scelere obligasses; dom 20. qui (Aesculapius) primus vulnus dicitur obligavisse; nat III 57. — II. obligatus ei (Dolabellae) nihil eram; ep VI 11, 1.

oblimo, mit Schlamm überziehen: mollitos et oblimatos agros ad serendum (Nilus) relinquit; nat II 130.

oblino, bestreichen, besudeln, beflecken: ille unguentis oblitus inrisit squalorem vestrum; sen 12. (eloquentia) ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus; Bru 51. cum eas (facetias nostrates) videam oblitas Latio; ep IX 15, 2. si Ialysum illum suum caeno oblitum videret; A II 21, 4. ut (iudices) non cera, sed caeno obliti esse videantur; Ver V 173. qua (libidine) Antoniorum oblita est vita; Phil XIV 9.

oblique, schräg: erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur; fin I 20.

obliquus, schräg, schief: (eos) partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; rep VI 20. si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino; div I 120.

oblitesco, sich verbergen: quibus temporibus a nostro aspectu oblitescant (di); Tim 37.

oblittero, auslöschen: quod in illo viro maximis rebus, quas postea gessit, oblitterandum (esset); Vatin 15. qui publici mei beneficii memoria privatam offensionem oblitteraverunt; sen 21.

oblivio, Vergessen, Vergessenheit: I. ut eos iustitiae capiat oblivio; of I 26. quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla umquam delebit oblivio; ep II 1, 2. ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit oblivio; Marcel 30. — II, 1. an dies auget eius desiderium an magis oblivionem? prov 29. — 2. existimavit homines in oblivionem totius negotii esse venturos; Ver IV 79. ut laudem eorum iam prope senescentem ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem; de or II 7. — III. non oblivione amicitiae nostrae ad te nullas litteras misi; ep V 17, 1. hunc vetustas oblivione obruisset; Bru 60. ea (Cluentius), si oblivione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur; Cluent 18.

obliviosus, vergeßlich: memor an obliviosus (sit); inv I 35. quos ait Caecilius „comicos stultos senes", hos || hoc || significat credulos, obliviosos, dissolutos; Cato 36.

obliviscor, vergessen, nicht gedenken: I. qui respondisse dicitur oblivisci se malle discere; Ac II 2. — II, 1. an obliti estis, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis? agr II 80. — 2. quod auspicari esset oblitus; nat II 11. me obsecras, ne obliviscar vigilare; A VI 1, 20. — 3. non possum oblivisci meam hanc esse patriam; Catil II 27. — III, 1. nisi forte (Baiae) sunt oblitae sui; ep IX 12, 1. quis est civis tam oblitus beneficii vestri, tam immemor patriae, quem ..? Phil VI 18. oblitum me putas consilii, sermonis, humanitatis tuae? ep XI 27, 3. me nunc oblitum consuetudinis et instituti mei rarius ad te scribere; A IV 17, 1. non nos quidem ut nostrae dignitatis simus obliti; ep I 7, 7. ut tuis inimicitiis suscipiendis oblivisceretur prope || patroni || omnium fortunarum ac rationum suarum; ep III 10, 5. humanitatis: s. consilii. quae natura suae primae institutionis oblita est? IV 32. instituti: s. consuetudinis. iubes me bona cogitare, oblivisci malorum; Tusc III 35. rationum: s. fortunarum. obliti salutis meae de vobis ac de vestris liberis cogitate; Catil IV 1. sermonis: s. consilii. num potui magis oblivisci temporum meorum, meminisse actionum? ep I 9, 8. — 2. quasi aliquid esset oblitus; of III 113. quia oblivisci me scripsi ante facta et delicta nostri amici; A IX 9, 1. obliviscor iam tuas iniurias; Cael 50. an vero obliti estis inimicorum Milonis sermones et opiniones? Milo 62.

obloquor, widersprechen: I. tu vero ut me et appelles et interpelles et obloquare et conloquare, velim; Q fr II 8 (10), 1. — II. tacita vestra exspectatio, quae mihi obloqui videtur: „quid ergo? negasne ..? Cluent 63.

obmutesco, verstummen, schweigen, aufhören: I. Aius iste Loquens, cum eum nemo norat, et aiebat et loquebatur; posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit? div II 69. videsne, ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Tusc II 50. subito eloquentia obmutuit; Bru 22. nisi (homines) plane obmutuerunt; A IX 19, 4. pontifici non linguam obmutuisse; dom 135. cum obmutuisset senatus, iudicia conticuissent; Piso 26. paulo ante, quam hoc studium nostrum conticuit subito et obmutuit; Bru 324. — II. de me semper omnes gentes loquentur, nulla umquam obmutescet vetustas; Milo 98.

obnubilus, umwölkt: quae timeretis, „pallida Leti, obnubila tenebris loca"; Tusc I 48.

obnubo, verhüllen: CAPUT OBNUBITO, ARBORI INFELICI SUSPENDITO; Rabir 13.

obnuntiatio, Meldung böser Vorzeichen, Warnung: I. veram fuisse obnuntiationem exitus approbavit; div I 29. — II. obnuntiationibus per Scaevolam interpositis; A IV 17, 4. dirarum obnuntiatione neglecta; div I 29. — III. comitiorum cotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus; Q fr III 3, 2.

obnuntio, böse Vorzeichen melden, warnen: I, 1. Metellus postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur; A IV 3, 4. — 2. nisi Milo in campum obnuntiasset, comitia futura; A IV 3, 4. — II. augur auguri, consul consuli obnuntiasti; Phil II 83. — III. qui (P. Sestius) cum auspiciis religionique parens obnuntiaret, quod senserat; Sest 83.

oboedientia, Gehorsam: I. si servitus sit, sicut est, oboedientia fracti animi et abiecti et || abi. arbitrio carentis suo; par 35. — II. relinquunt (appetitus) et abiciunt oboedientiam nec rationi parent; of I 102.

oboedio, gehorchen, sich fügen: I. haec (ratio) ut imperet illi parti animi, quae oboedire debet; Tusc II 47. — II. ut (corpus) oboedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis; of I 79. et hic (mundus) deo paret et huic oboediunt maria terraeque; leg III 3. natio semper oboediens huic imperio; Piso 84. ut obtemperent oboediantque magistratibus; leg III 5. rationi: s. consilio. quantum in hac urbe polleat multorum oboedire tempori; Bru 242.

oborior, aufgehen: vide, quanta lux liberalitatis et sapientiae tuae mihi apud te dicenti oboriatur; Ligar 6.

obrepo, heranschleichen, sich einschleichen, heranrücken: obrepsisti ad honores errore hominum; Piso 1. qui citius adulescentiae senectus quam pueritiae adulescentia obrepit? Cato 4. obrepsit dies; A VI 3, 1. nullae imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus; div II 139. senectus: s. adulescentia.

obrigesco, erstarren: ita Sopater de statua C. Marcelli, cum iam paene obriguisset, vix vivus aufertur; Ver IV 87. quod pars earum (regionum) obriguerit nive pruinaque; nat I 24.

obrogatio, Änderungsvorschlag: tertium est

de legum obrogationibus || derogationibus, al. ||, quo de genere persaepe S. C. fiunt; fr A VII 23.

obrogo, ändern, aufheben: I. quod per legem Clodiam PROMULGARE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE SINE FRAUDE SUA NON LICEAT; A III 23, 3. — II. quid, quod obrogatur legibus Caesaris? Phil I 23. huic legi nec obrogari fas est neque derogari ex hac aliquid licet neque tota abrogari potest; rep III 33.

obruo, überschütten, überladen, bedecken, vergraben, verbergen, verdunkeln, vernichten: quod ante, quam ad discendum ingressi sumus, obruimur ambitione et foro; de or I 94. hunc vetustas oblivione obruisset; Bru 60. obruitur aratorum testimoniis; Ver II 151. obrutus vino; Phil XIII 31. te rogo, ne te obrui tamquam fluctu sic magnitudine negotii sinas; Q fr I 1, 4. Albanorum obrutae arae; Milo 85. iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit; har resp 57. ut id (malum) obruatur sapientia vixque appareat; Tusc III 80. memoriam, nomen: f. gentem. quod di omen obruant! har resp 42. ranae marinae dicuntur obruere sese harena solere; nat II 125. sacra: f. gentem. ut testem omnium risus obrueret; de or II 285. quo loco thesaurum obruisset; Cato 21.

obrussa, Feuerprobe: quo magis expurgandus est sermo et adhibenda tamquam obrussa ratio, quae mutari non potest; Bru 258.

obsaepio, versperren: haec omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsaepiebant; Muren 48.

obscene, anstößig, unsittlich: „cum“ autem „nobis“ non dicitur, sed „nobiscum“; quia, si ita diceretur, obscenius concurrerent litterae; orat 154. fraudare, adulterare re turpe est, sed dicitur non obscene; of I 128. cuius (Mercurii) obscenius excitata natura traditur; nat III 56. „hanc culpam maiorem an illam dicam?“ potuit obscenius? ep IX 22, 2.

obscenitas, Unanständigkeit, Anstößigkeit: I. nec aperta petulantia vacat orationis obscenitas; of I 127. — II, 1. si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas; of I 104. verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda; de or II 242. — 2. si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse aut in verbo; ep IX 22, 1. — III. quas (litteras) ego propter turpissimam obscenitatem verborum praetereundas puto; Flac 34.

obscenus, anstößig, unsittlich, unheilvoll: A. nihil esse obscenum, nihil turpe dictu; ep IX 22, 1. hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem obscenissima sit || est || fabula consecuta? Cael 69. quem ad modum iste ominibus obscenis omnia et pronuntiarit et fecerit; dom 140. iam etiam non non etiam || obscena verba pro obscenis sunt; ep IX 22, 4. cum versus obscenissimi in Clodium et Clodiam dicerentur; Q fr II 3, 2. obscenas voluptates in medio sitas esse dicunt; Tusc V 94. — B. in verbis honestis obscena ponimus; ep IX 22, 4.

obscuratio, Verdunkelung, Verfinsterung: I. licebit quaerere de istis ipsis obscurationibus, quae propter exiguitatem vix aut ne vix quidem appareant; fin IV 32. — II, 1. quibus in rebus tanta obscuratio non fit; fin IV 30. — 2. quaero de: f. I. — III. obscuratione solis; fr F V 54.

obscure, dunkel, undeutlich, unverständlich, unmerklich, geheim: cum id, quod ipsum adiuvat, obscure dicitur et neglegenter; inv I 30. semel si obscurius dixeris; de or II 329. quam argute, quam obscure etiam contra Stoicos (nobis erit) disserendum! Ac I 7. mendicitatem tuam numquam obscure tulisti; par 45. L. Catilinam caedem senatus, interitum urbis non obscure, sed palam molientem; Piso 5. huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur; Quinct 50. si obscure scribam, tu tamen intelleges; A II 19, 5. quibus in provinciis non obscure versatus est; Flac 5 (3. 26).

obscuritas, Dunkelheit, Unverständlichkeit, Unklarheit, Unberühmtheit: I. cum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intellegatur oratio; fin II 15. quo pertinent obscuritates et aenigmata somniorum? div II 132. a libris te obscuritas reiecit; Top 3. — II, 1. ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras adferat; de or III 50. quae (signa) minus habent vel obscuritatis vel erroris; ep VI 6, 7. — 2. omnia, quae in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut . .; Cluent 66. quoniam philosophia in tres partes est tributa, in naturae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores; de or I 68. — alqd: f. II, 1. — IV, 1. saepe res parum est intellecta longitudine magis quam obscuritate narrationis; inv I 29. quae naturae obscuritate occultantur; fin V 51. — 2. quorum prima aetas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur; of II 45.

obscuro, verdunkeln, verbergen, bedecken, vergessen machen: si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις obscurabo; A II 20, 3. ut ab his (bonis animi) corporis et externa obscurentur; Tusc V 119. si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios potest; Catil I 6. ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit oblivio; Marcel 30. (luna) subiecta atque opposita soli radios eius et lumen obscurat; nat II 103. posteaquam exstinctis eis || his || omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit; de or II 95. nummus in Croesi divitiis obscuratur; fin IV 31. quia animi permotio perturbata saepe ita est, ut obscuretur ac paene obruatur; de or III 215. radios: f. lumen. cum obscurato sole tenebrae factae essent repente; rep I 25.

obscurus, dunkel, unverständlich, undeutlich, unklar, unsicher, unbekannt, unberühmt, versteckt, heimlich: A. quod difficilius est non esse obscurum in re narranda; de or II 329. Amphiaraus et Tiresias non humiles et obscuri, sed clari et praestantes viri; div I 88. quid, si equitibus non obscuris neque ignotis, sed honestis et inlustribus manus ab Apronio adferebantur? Ver III 60. obscurum (causae genus est), in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa est implicata; inv I 20. nonne in ea causa ius applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in iudicio atque inlustratum est a patrono? de or I 177. Q. Pompeius, humili atque obscuro loco natus; Ver V 181. ut in obscuro odio apertas inimicitias ostenderem, ep III 10, 6. quod erant multa (oracla) obscura, multa ambigua; div I 116. haec pars orationis obscura est; de or II 329. neque obscuris personis nec parvis in causis res agetur; ep III 5, 2. in obscuris naturalibusque quaestionibus; part or 64. quem ad modum res obscurae dicendo fierent apertiores; inv II 156. quia, quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior; nat I 60. illae contiones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intellegantur; orat 30. ut multas me etiam simultates partim obscuras, partim apertas intellegam suscepisse; imp Pomp 71. nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et caeca exspectatione pendere; agr II 66. si obscurior *et* quasi caliginosa stella exstiterit; div I 130. si obscuri testes erunt aut tenues; part or 117. deosne obicere iis (mortalibus) visa quaedam tortuosa et obscura; div II 129. — B, I. dices ista ipsa obscura planius, quam dicuntur a Graecis; Tusc IV 10. — II. etiam a certis et inlustrioribus cohibes adsensum; hoc idem me in obscuris facere non sinis; Ac II 94.

obsecratio, Flehen, Bitte: I. etiam est obsecratio; de or III 205. — II, 1. eius vos obsecrationem repudiare, cuius . .; Font 48. — 2. si prece et

obsecratione humili ac supplici utemur; inv I 22. — III. quartus decimus (locus est), qui per obsecrationem sumitur; inv I 109.

obsecro, anflehen, bitten, beschwören: I. quod ab eo pridie, cum multis lacrimis cum oraret atque obsecraret, Heraclius impetrare non potuerat; Ver II 42. obsecro, Torquate, haec dicit Epicurus? fin II 21. — II, 1. cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat; Ligar 14. — 2. noli, obsecro, dubitare . .; Ligar 37. quam (facultatem) complectere, obsecro; ep X 19, 2. — 3. obsecro, abiciamus ista; A XIII 31, 3. — 4. non solum hortabor, ut elaboret, sed etiam obsecrabo; de or II 85. obsecrans per deos immortales, ut secum iure contenderent; Quinct 96. — 5. qui omnes ad eum multique mortales oratum obsecratumque venerant, ut ne meas fortunas desereret; Piso 77. — III. quid, obsecro te, me miserum! quid futurum est? ep XIV 1, 5. sed obsecro te, quid est quod audivi de Bruto? A XVI 7, 8 — IV, 1. qui pro salute mea populum Romanum supplex obsecrasset; sen 31. — 2. vos, Quirites, oro atque obsecro, adhibeatis misericordiam; Rabir 5. — 3. (filius) obsecrabit patrem, ne id faciat; of III 90. me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare et ut animadvertam, quae fiant; A VI 1, 20. s. 5. — 4. ad me obsecro te ut omnia certa perscribas; A III 11, 2. id ut facias, te obtestor atque obsecro; A XI 1, 1. s. 3. — 5. illud unum vos magno opere oro atque obsecro, ne putetis . .; Planc 56.

obsecundo, begünstigen: ut eius semper voluntatibus venti tempestatesque obsecundarint; imp Pomp 48.

obsequium, Nachgiebigkeit: I. cui (Dionysio) qui noster honos, quod obsequium defuit? A VIII 4, 1. omne meum obsequium in illum fuit cum multa severitate; A X 4, 6. obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit; Lael 89. — II. in obsequio comitas adsit; Lael 89. ea non sunt ab obsequio nostro; A X 11, 3. — III. mulieres delectari obsequio et comitate adulescentis; A VI 6, 1. effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior; A VII 1, 2. comprehendere multos amicitia, tueri obsequio; Lael 13.

obsequor, willfahren, nachgeben, folgen: I. ne, dum huic obsequor, vobis molestus sim; fin V 8. auspiciis plurimum obsecutus est Romulus; rep II 16. consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor; orat 157. obsequere huic errori meo; A XII 25, 2. obsequor homini familiarissimo; ep XIII 75, 1. obsequar studiis nostris; de or I 3. cum studio tuo sim obsecutus; orat 2. ut in navigando tempestati obsequi artis est; ep I 9, 21. obsequar voluntati tuae; fin II 17. — II. quam ob rem, Cluenti, de te tibi obsequor; Cluent 149.

obsero, besäen: cum (campum Leontinum) obsitum vidisses; Ver III 47. frugibus (terra) obserebatur; leg II 63.

observans s. **observo,** I, 2. III, 1.

observantia, Aufmerksamkeit, Hochachtung, Ehrerbietung: I. neque meam tibi observantiam defuisse; ep V 8, 3. observantia (est), per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; inv II 161. — II, 1. observantiam (eam appellant), per quam aetate aut sapientia aut honore aut aliqua dignitate antecedentes reveremur || veneremur, al. || et colimus; inv II 66. nulla est poena, quae possit observantiamt enuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere; Muren 71. — 2. qua in omnibus officiis tuendis erga te observantia et constantia fuissem; ep III 9, 1. — 3. magnam ex eorum splendore et observantia capies voluptatem; ep XII 26, 2. — III. ne magnum onus observantiae Bruto nostro imponerem; ep XIII 11, 1. — IV, 1. Sex. Aufidius observantia, qua me colit, accedit ad proximos; ep XII 27, 1. Servius summa me observantia colit; ep IV 4, 5. s. accedere. ego virtute atque observantia filii tui monitus nullo loco dero; ep V 17, 5. — 2. per s. I. II, 1.

observatio, Wahrnehmung, Beobachtung: I. quae si a natura profecta observatio atque usus agnovit; div I 131. observatio diuturna notandis rebus fecit artem; div II 146. — II, 1. observationes, testificationes, seductiones testium animadvertebant; Muren 49. — 2. artificiosum (genus divinandi) constare partim ex coniectura, partim ex observatione diuturna; div II 26. — III. adfert vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam; div I 109. natura magis tum casuque, nunquam aut ratione aliqua aut ulla observatione fiebat; Bru 33. ut poëticae versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium; orat 178. quae portentis, quae astris, praesentiuntur, haec notata sunt observatione diuturna; div I 109.

observito, beachten, beobachten: principio Assyrii traiectiones motusque stellarum observitaverunt; div I 2. neque solum deorum voces Pythagorei observitaverunt, sed etiam hominum, quae vocant omina; div I 102.

observo beobachten, lauern, darauf achten, halten, einhalten, ehren, verehren: I, 1. quo modo haec infinita observando notare possumus? div II 146. — 2. ut paucos aeque observantes atque amantes me habere existimem; A XVI 16, 3. — II. 1. observant, quem ad modum sese unus quisque nostrum gerat; Ver pr 46. — 2. quod ne accidat, observari nec potest nec necesse est; orat 190. nec (videtur vera amicitia) observare restricte || stricte . ne plus reddat quam acceperit; Lael 58. — 3. cum observetur, ut casta corpora adhibeantur; leg II 24. — III, 1. A Fufium, observantissimum studiosissimumque nostri; ep XIII 3. — 2 (Calvus) ipse sese observans; Bru 283. cum || quam || me colat et observet; ep IV 3, 4. observor a familiarissimis Caesaris omnibus; ep VII 24, 1. cum (Patro) te quoque et tuos omnes observabat; ep XIII 1, 2. me, quae soleres in dicendo observare, docuisti; de or I 97. quae observata sunt in usu ac tractatione dicendi; de or I 109. centesimas me observaturum cum anatocismo anniversario; A V 21, 11. cum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter observes; ep XIII 27, 1. qui (P. Sestius) ita suum consulem observavit, ut . . ; Sest 8. sum ab observando homine perverso liber; A I 13, 2. omnes eos (patronos hospitesque) colere atque observare destiterunt; Sex Rosc 106. omnia momenta observabimus; ep VI 10, 5. sunt quidam oratori numeri observandi ratione quadam; orat 77. hereditatis spes quem nutum locupletis orbi senis non observat? par 39. cum praesertim tam multi occupationem eius observent tempusque aucupentur; Sex Rosc 22. patronos: s. hospites. habeo alia signa, quae observem; ep VI 6, 7. ut inimicitia (sit) ira ulciscendi tempus observans; Tusc IV 21. ei praecepi, ut tempus observaret epistulae tibi reddendae; ep XI 16, 1.

obses, Geisel, Bürge: I. tuus parvus filius pacis obses fuit; Phil. I 31. — II. ab iis Pindenisso capto obsides accepi; ep XV 4, 10. (Staienus) hanc condemnationem dederat obsidem Bulbo et ceteris, ut destitutus ab Oppianico videretur; Cluent 83. habet a M. Caelio res publica duas accusationes obsides periculi; Cael 78. — III. quae (pax) erat facta per obsidem puerum nobilem; Phil II 90.

obsessio, Einschließung, Belagerung: quoniam non Capitolii atque arcis obsessio est; Rabir 35. — II. hunc concedis nullius obsessionis, nullius proelii expertem fuisse; Balb 6. — III. ut omnes copiae regis diuturnitate obsessionis consumerentur; Muren 33.

obsessor, Belagerer: quis est Sergius? fori depopulator, obsessor curiae; dom 13.

obsideo, besetzt halten, belagern, einschließen, blockieren, in Anspruch nehmen, sich bemächtigen, abpassen: cum is, qui audit, ab oratore iam obsessus est ac tenetur; orat 210. qui consulem inclusum obsederis; Vatin 23. corporibus omnis obsidetur locus; leg III 19. nos, quoniam superum mare obsidetur, infero navigabimus; A IX 19, 3. ne Mutinam obsideat; Phil VI 4. Milonem gladiatoribus et bestiariis obsedisse rem publicam; Vatin 40. cum speculatur atque obsidet rostra moderatrix officii curia; Flac 57. quibus (turmis equitum) inclusum in curia senatum Salamine obsederat; A VI 1, 6. iacere humi ad obsidendum stuprum; Catil I 26. hominem ab isto quaesitum esse, qui meum tempus obsideret; Ver pr 6. ex illo obsesso atque adflicto tribunatu; Vatin 16. urbem Asiae clarissimam obsessam esse ab ipso rege et oppugnatam vehementissime; imp Pomp 20.

obsidio, Einschließung, Bedrängnis: I, 1. Narbonensis colonia nuper obsidione hostium liberata; Font 46. cum (C. Marius) obsidione rem publicam liberasset; Rabir 29. — 2. qui ex obsidione faeneratores exemerit; ep V 6, 2. — II. solet ipse accipere manicas nec diutius obsidionis metum sustinere; Phil XI 26. — III. urbes partim vi, partim obsidione cepit; Muren 20.

obsignator, Untersiegler: I. quod probavit Caesar nobis testibus et obsignatoribus; A XVI 16, 15. — II, 1. qui te obsignatorem adhibuerunt; A XIV 14, 5. neque earum auctorem litterarum neque obsignatorem nominabis? Cluent 186. — 2. quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui; A XII 18, a, 2.

obsigno, untersiegeln, versiegeln: I, 1. ad obsignandum tu adhibitus non sine causa videris; A XIV 3, 2. quod non advocavi ad obsignandum; A XII 18, a, 2. — obsignat signis amicorum providens homo; Ver V 102. — II. ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo: „solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum nec occlusum"; de or II 248. quod (decretum) ego obsignavi cum multis amplissimis viris; A XVI 16, 11. obsignata iam ista epistula; A VIII 6, 1. quas ego litteras obsignandas publico signo deportandasque curavi; Ver IV 140. matrona visa est in quiete obsignatam habere naturam; div II 145. pecunia obsignata in manibus Scamandri deprehenditur; Cluent 47. tabulae obsignantur; inv II 149. testamentum simul obsignavi cum Clodio; Milo 48.

obsisto, entgegenstellen, sich entgegenstellen, widersetzen, Widerstand leisten: I, 1. causam ita popularem, ut non posset obsisti; leg III 26. — 2. frequentes armati obstiterunt; Caecin 21. nisi quae vis obstitit; nat II 35. — II, 1. ne: f. IV. — 2. quo minus: f. III. naturis. — III. ambitionem putabis mihi obstitisse; A I 1, 4. multis obsistentibus eius erga me studio atque amori; Piso 76. me agrariae legi et commodo vestro obsistere; agr III 3. quod ingenium, quae facultas dicendi, quae defensio huic uni crimini potuit obsistere? Cluent 48. ut tamquam hosti sic obsistat dolori; Tusc II 51. sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed fortunam populi Romani obstitisse; Catil I 15. hosti: f. dolori. legi: f. commodo. ceteris naturis multa externa quo minus perficiantur, possunt obsistere; nat II 35. esti maximam actionem puto obsistere opinionibus; Ac II 108. sceleri: f. furori. obstiti eius sermoni; Q fr I 2, 5. studio: f. amori. — IV armatos se tibi obstitisse, ne in aedes accederes; Caecin 36. »idem (haruspices) fulgora || fulgura || atque obstita pianto«; leg II 21.

obsolefio, den Glanz verlieren: in homine turpissimo obsolefiebant dignitatis insignia; Phil II 105.

obsolesco, obsoletus, veralten, abkommen, den Wert verlieren, vergehen, part. alt, abgenutzt, alltäglich: quae propter vetustatem obsolverint; inv I 39. quae sane nunc quidem obsoleverunt; de or III 136. non vult populus Romanus obsoletis criminibus accusari Verrem; Ver V 117. si paulo obsoletior fuerit oratio; de or III 33. quibus (Cyrenaicis philosophis) obsoletis; of III 116. cuius splendor omnis his moribus obsolevit; Quinct 59. hoc (studium) a plerisque eorum desertum obsolevisse; inv I 4. studiis militaribus apud iuventutem obsoletis; Font 42. ut (orator verba) abiecta et obsoleta fugiat; de or III 150. (P. Rullus) esse meditabatur vestitu obsoletiore quam ante; agr II 13. quae (virtus) splendet per sese semper neque alienis umquam sordibus obsolescit; Sest 60.

obsolete, alt, unscheinbar: ut eum paulo obsoletius vestitum videret; Ver I 152.

obsonium, Zukost: sin autem obsonio (hoc adsecutus es); ep IX 19, 2.

obsono, Speise einkaufen: se, quo melius cenaret, obsonare ambulando famem; Tusc V 97.

obstinatio, Hartnäckigkeit: quae ego omnia obstinatione quadam sententiae repudiavi; prov 41.

obstinatus, entschlossen, hartnäckig: incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior; A I 11, 1.

obstipesco (obstup.), staunen: quibus (beneficiis) illi obstupescunt; A V 21, 7. eius (Tagetis) aspectu cum obstipuisset bubulcus; div II 50. homo obstupuit hominis improbi dicto; Ver I 66.

obstipus, seitwärts geneigt: »obstipum caput tereti cervice reflexum«; nat II 107.

obsto, im Wege stehen, hinderlich sein: I, 1. nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur; Phil XIII 14. — 2. obstabat in spe consulatus Miloni Clodius; Milo 34. si omnia removentur, quae obstant et impediunt; Ac II 19. sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare; Milo 96. quoniam ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur; Sex Rosc 6. — II. quid obstat, quo minus (deus) sit beatus, si non sit bipes? nat I 95.

obstrepo, übertönen, behelligen, belästigen: I. ut quodam modo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur; de or III 50. ut tibi litteris obstrepere non auderem; ep V 4, 1. — II. eius modi res obstrepi clamore militum videntur et tubarum sono; Marcel 9.

obstringo, fesseln, verpflichten, verwickeln, verstricken: se legibus obstrictos in tantis molestiis esse; inv II 132. si obstricti pactione tenebamini; Piso 30. quam ob rem viderer maximis beneficii vinculis obstrictus; Planc 72. qui se eo (parricidio) obstrinxerit; of III 83. quibuscumque officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore; ep XIII 18, 2. ego me maiore religione, quam quisquam fuit ullius voti, obstrictum puto; A XII 43, 3 (2). obstrinxisti religione populum Romanum; Phil II 83.

obstructio, Einschließung: haec obstructio nec diuturna est neque obducta ita, ut oculis perspici non possit; Sest 22.

obstruo, vorbauen, hinderlich sein, versperren, verschließen: I. Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio; Bru 66. (iste) sese luminibus eius esse obstructurum minabatur; dom 115. — II. ad quos (fructus) omnis nobis aditus, qui paene solis patuit, obstructus est; Bru 16. etsi omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus; Ac II 7. qui (Scipiones) iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt; Cato 75. obstruite perfugia improborum; Sulla 79.

obstupefacio, in Erstaunen setzen, betäuben: (L. Catilina) non obstupefactus ac perterritus mea diligentia esse dicetur; Catil II 14, qui (plausus) obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est; Deiot 34.

obstupesco f. **obstipesco.**

obsum, hinderlich sein, schaden: non tam ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid obsim; de or II 295. ego ei (fratri) ne quid apud te obsim, id te vehementer etiam atque etiam rogo; A XI 12, 2. an in eo auctoritas nihil obest? mihi quidem videtur vel plurimum; Ac II 60. utrique nostrum desiderium nihil obfuisset; Muren 21. quin homines plurimum hominibus et prosint et obsint; of II 17. ut inimicus neque deesse nocenti possit neque obesse innocenti; Ver III 162. huic oberit tuum maledictum; Cael 23. qui (pudor) non [modo non] obesset eius (Crassi) orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset; de or I 122. quae (res) noceant et obsint; of II 12. si hae tabulae nihil tibi erant offuturae; Ver III 112.

obsurdesco, taub werden: obsurdescimus nescio quo modo; Lael 88. hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt; rep VI 19.

obtego, verdecken, decken, schützen: quicum ego cum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam; A I 18, 1. (frater) se servorum corporibus obtexit; Sest 76. quem ad modum os resectum || reiectum, al. || terra obtegatur; leg II 55. ut adulescentiae turpitudo obscuritate et sordibus tuis obtegatur; Vatin 11.

obtemperatio, Gehorsam: quodsi iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum; leg I 42.

obtempero, willfahren, nachkommen, gehorchen: I. si hic ordo placere decreverit te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis; Catil I 20. ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet; of I 101. — II. populus Romanus dolori suo maluit quam auctoritati vestrae obtemperare; imp Pomp 56. cum auspiciis obtemperatum esset; div II 20. dolori: f. auctoritati. legibus obtemperare debetis; inv I 70. ut obtemperent oboediantque magistratibus; leg III 5. mori satius fuisse quam eius modi necessitudini obtemperare; inv II 100. praestantissimum est appetitum obtemperare rationi; of I 141. quam ob rem scripto non potuerit aut non oportuerit obtemperari; inv II 127. cuius voluntati mihi obtemperandum est; Cluent 158.

obtendo, verhüllen: multis simulationum involucris tegitur et quasi velis quibusdam obtenditur unius cuiusque natura; Q fr I 1, 15.

obtero, zermalmen, vernichten: cum neque possent obtritos internoscere ullo modo; de or II 353. ut auriga indoctus e curru trahitur, obteritur, laniatur, eliditur; rep II 68. ita calumniam stultitiamque eius obtrivit ac contudit; Caecin 18. obterendae sunt omnes voluptates; Cael 46.

obtestatio, Beschwörung, dringende Bitte: I. quid illa tua tum obtestatio tibicinis (voluit)? dom 125. — II. Phaedri obtestationem sibi (tuendam) esse; ep XIII 1, 4. — III. utrum capitis consecratione an obtestatione legis sacrosanctum (foedus) esse confirmas? Balb 33.

obtestor, zu Zeugen anrufen, beschwören, anflehen: I. cum ego te, Flacce, caelum noctemque contestans flens flentem obtestabar; Flac 102. (L. Murena) vestram fidem obtestatur; Muren 86. — II, 1. quod ne faciatis, oro obtestorque vos; Rab Post 46. — 2. oro obtestorque te, ut Quintum fratrem ames; A III 23, 5. id ut facias, te obtestor atque obsecro; A XI 1, 1. ceteros deos deasque omnes imploro et obtestor, ut sit . .; Ver V 188.

obtineo, einnehmen, inne haben, besitzen, festhalten, behaupten, aufrecht erhalten: I. obtinebo eam (sententiam) multo leniorem fuisse; Catil IV 11. si Chrysippus non obtinuerit omne, quod enuntietur, aut verum esse aut falsum: fat 21. — II. omnia, quae voles, obtinebis; ep I 8, 5. cum eam (Academiam) Charmadas et Clitomachus obtinebant; de or I 45. malas causas semper obtinuit, in optima concidit; A VII 25. quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus; Cluent 155. obtineo dignitatem meam; ep IV 14, 1. cum nihil tibi deesse arbitrer ad tuas fortunas omnes obtinendas praeter voluntatem; ep IV 7, 3. quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat; Sulla 19. cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres; ep I 9, 13. obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem; ep IV 13, 2. iura, libertatem: f. commoda. qui obtinere se non putaverunt posse licentiam cupiditatum suarum; A X 4, 1. quem locum apud ipsum Caesarem obtinuisti? Phil II 71. sidera aetherium locum obtinent; nat II 42. ut facilitate sua nos eam necessitudinem, quae est nobis cum publicanis, obtinere et conservare patiantur; Q fr I 1, 35. amplissimi honoris nomen obtinebis; Phil X 6. ad actionis usum atque laudem maximam sine dubio partem vox obtinet: de or III 224. neque sese arbitrari posse diutius alienam pecuniam domino incolumi obtinere; Sex Rosc 26. Q. Hortensium pro consule provinciam Macedoniam obtinere; Phil X 26. quam (rationem) si obtinemus; div I 117. salutem: f. commoda. maxime vellem, ut P. Sulla dignitatis suae splendorem obtinere potuisset; Sulla 1. suavitatem: f. gravitatem. testamentum inritum fecit, quod etiam infimis civibus semper obtentum est; Phil II 109. eam (naturalem legem) vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria; nat I 36.

obtingo, begegnen, widerfahren, zu teil werden: I. cum tibi sorte obtigisset, ut ius diceres; Ver V 38. — II. ex quo quod cuique obtigit, id quisque teneat; of I 21. damnatio ista obtigit P. Rutilio; Piso 95. talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia; div II 38. cum tibi aquaria provincia sorte obtigisset; Vatin 12. — III. te mihi quaestorem obtigisse; ep II 19, 1.

obtorpesco, erstarren, gefühllos werden: »iam subactus miseriis obtorpui«; Tusc III 67. quis est, qui existimare possit huic novo pontifici non manum obtorpuisse? dom 135.

obtorqueo, umdrehen, ergreifen: ut illum collo obtorto ad subsellia reduceret; Cluent 59 quem obtorta gula in vincla abripi iussit; Ver IV 24.

obtrectatio, Verkleinerung, Mißgunst: I. obtrectatio est, ea quam intellegi ζηλοτυπίαν volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit; Tusc IV 17 (18). lacerat. f. II, 3. — II, 1. intellego: f. I. — 2. illorum erit verius iudicium obtrectatione et malevolentia liberatum; Q fr I 1, 43. — 3. quod aequalitas vestra tantum abest ab obtrectatione et invidia. quae solet lacerare plerosque; Bru 156. — III, 1. quos invidia atque obtrectatione quadam impediri (putamus); inv I 16. — 2. ex civilibus studiis atque obtrectatione domestica; Font 26.

obtrectator, Widersacher, Neider: I. reliqua iam praecipitantis tribunatus etiam post tribunatum obtrectatores eorum atque adversarii defenderunt; har resp 50. — II. quod non obtrectatorem laudum mearum amiseram; Bru 2. — III. locum sermoni obtrectatorum non relinquit; Flac 68. — IV. a tuis invidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictae religionis; ep I 4, 2.

obtrecto, verkleinern, Abbruch tun: I. et invidere aegritudinis est et aemulari et obtrectare. Tusc III 83. ipsum illud aemulari, obtrectare non

esse inutile; Tusc IV 46. si obtrectabitur, utar auctoritate senatus; A III 26. — II. cum sit obtrectantis angi alieno bono, quod id etiam alius habeat; Tusc IV 56. — III. Arcesilas Zenoni obtrectans; Ac II 16. qui huic obtrectant legi atque causae; imp Pomp 21.

obtundo, abstumpfen, schwächen, belästigen: I. non obtundam diutius; Ver IV 109. — II. tam longis te epistulis non obtunderem; A VIII, 1, 4. quo quid dici potuit obtusius? nat I 70. ille (animus), cuius || cui || obtusior sit acies; Cato 83. nihil est, quod tam obtundat elevetque aegritudinem quam cogitatio . .; Tusc III 34. ingenia obtundi nolui; de or III 93. cum (patronus) vocem in dicendo obtudisset; de or II 282.

obturbo, betäuben, stören: me scriptio et litterae non leniunt, sed obturbant; A XII 16. quam (solitudinem) non obturbavit Philippus; A XII 18, 1.

obturo, verstopfen: obstructas eas partes et obturatas esse; fat 10.

obtutus, Blick: I, 1. animus oculorum effugit obtutum; Tim 27. qui vultum eius (Crassi) obtutumque oculorum in cogitando probe nosset; de or III 17. — 2. ex oculorum obtutu facile iudicabimus, quid eorum apte fiat; of I 146. — II. quodam obtutu oculorum duo pro uno (videntur) lucernae lumina; div II 120.

obvallo, verschanzen: quem (locum) nobilitas omni ratione obvallatum tenebat; agr II 3.

obvenio, widerfahren, sich zutragen, zu teil werden: ne iuges || iuge, al. || auspicium obveniat; div II 77. qui (iudices) ei obvenerint; Cluent 148. sin quae necessitas huius muneris alicui rei publicae obvenerit; of II 74. simul atque ei sorte provincia Sicilia obvenit; Ver II 17.

obversor, vorschweben: mihi ante oculos obversatur rei publicae dignitas; Sest 7. obversentur species honestae verae || vero, al. ||; Tusc II 52.

obverto, hinwenden: »sicut obvertunt navem nautae«; fr H IV, a, 376.

obviam, entgegen: I. cupiditati hominum ait se obviam ire; Ver I 106. cum ipsa paene insula mihi sese obviam ferre vellet; Planc 96. tu mihi obviam mitte epistulas te dignas; ep II 12, 3. ego misi Tironem Dolabellae obviam; A XII 5, c (4). huic ad urbem venienti tota obviam civitas processerat; Sest 68. tu velim obviam nobis prodeas; ep XIV 5, 1. cum in Cumanum mihi obviam venisti; ep II 16, 3. — II. de obviam itione ita faciam, ut suades; A XI 16, 1. — III. huic (Pomptino) obviam Cato et Servilius praetores aperte; A IV 18, 4.

obvius, entgegen, begegnend: non dubitaverim me gravissimis tempestatibus obvium ferre; rep I 7. Terentia mihi obvia in foro fuit; A VII 2, 2. obviae mihi velim sint tuae litterae; ep II 12, 1. velim obvias mihi litteras mittas; A VI 5, 1. tu fac, ut mihi tuae litterae volent obviae; A VI 4, 3.

obvolvo, verhüllen: si pictor ille vidit obvolvendum caput Agamemnonis esse; orat 74. os obvolutum est folliculo et praeligatum; inv II 149.

occaeco, blenden, verblenden, verfinstern, bedecken: ego non stultitia occaecatus, sed verecundia deterritus; ep XV 1, 4. spes rapiendi atque praedandi occaecat animos eorum; Phil IV 9. quia narratio obscura totam occaecat orationem; de or II 329. primum id (semen terra) occaecatum cohibet, ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est; Cato 51.

occallesco, unempfindlich werden: de Statio manu misso et non nullis aliis rebus angor equidem, sed iam prorsus occallui; A II 18, 4.

occasio, günstiger Zeitpunkt, Gelegenheit: I. occasio est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi oportunitatem; inv I 40. si fuerit occasio,manu, si minus, locis nos defendemus; A V 18, 2. — II. multo sermone querebantur amissas occasiones; A XV 11, 2. haec (occasio) distribuitur in tria genera: publicum, commune, singulare; inv I 40. ut primum occasio data est; ep XII 24, 2. amplam occasionem calumniae nactus; Ver II 61. hanc occasionem oblatam tenete; Phil III 34. teneo, quam optabam, occasionem neque omittam; leg I 5. queror: f. amitto. teneo: f. offero, omitto. — III, 1. an occasione agendi sic sit iudicium aut actio constituta; inv. II 61. qui occasione aliqua etiam invitis suis civibus nactus est imperium· Bru 281. — 2. in occasione ad spatium temporis faciendi quaedam oportunitas intellegitur adiuncta; inv I 40.

occasus, Untergang, Westen, Ende: I. (haruspices) imperii occasum appropinquare dixerunt; Catil III 19. qui exortus quoque die signi alicuius aut qui occasus futurus sit; div II 17. — II, 1. qui adulescentiam florem aetatis, senectutem occasum vitae velit definire; Top 32. necesse est ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes; div II 92. — 2. quorum (siderum) alterum (genus) spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans; nat II 49. cum ad occasum interitumque rei publicae dux Lentulus esset constitutus; Sulla 33. — III. post obitum occasumque vestrum; Piso 34.

occatio, Eggen: f. occaeco semen.

occento, ein Spottlied singen: si quis occentavisset sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri; rep IV 12.

occidens, Westen: visas ab occidente faces ardoremque caeli; Catil III 18. qui (homines) has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt; nat II 164.

occidio, Niedermetzelung, Vernichtung: cum A. Hirtius eius copias occidione occiderit; Phil XIV 36. eorum equitatum ab equitum meorum turmis occidione occisum; ep XV 4, 7.

occido, untergehen, umkommen, sterben, zu Grunde gehen, dem Ende entgegengehen: proeliantem eum (Eudemum) ad Syracusas occidisse; div I 53. ut eorum, qui occiderunt, miserias lugeas; ep V 16, 4. una animum et corpus occidere; Tusc I 18. Arctoe duae numquam occidentes; nat II 105. vestra beneficia in eiusdem exitio occasura esse; Milo 100. corpus: f. animus. quarum rerum recordatio et memoria si una cum illo (Scipione) occidisset; Lael 104. si puer parvus occidit; Tusc I 93. recordatio: f. memoria. aliquid opis occidenti rei publicae tulissemus; ep IV 1, 1. qui (asoti) solem, ut aiunt, nec occidentem umquam viderint nec orientem; fin II 23. ut mea vox in domesticis periculis potissimum occideret; Q fr I 3, 2.

occido, erschlagen, niederhauen, töten, umbringen, ermorden: I. ipse (dictator) iubebat occidi nullo postulante; Ligar 12. — II. Q. Lollius in itinere occisus est; Ver III 63. coepit aperte dicere occidendum Milonem; Milo 25. cum A. Hirtius eius copias occidione occiderit; Phil XIV 36. L. Verginius virginem filiam sua manu occidit potius, quam . .; fin II 66. furem, hoc est praedonem et latronem, luce occidi vetant XII tabulae; Tul 50. cum de homine occiso quaeratur; Milo 8. latronem: f. furem. toti Asiae iure occisus videbatur istius ille verbo lictor, re vera minister improbissimae cupiditatis; Ver I 72. occidisse patrem Sex. Roscius arguitur; Sex Rosc 37. praedonem: f. furem. servos M. Tullii occidere iure non potuisti; Tul 53. quam sit gloriosum tyrannum occidere; Phil II 117.

occisio, Tötung, Mord: cuius gladio occisio erat facta; inv II 14. tu vim negabis factam, si caedes et occisio facta non erit? Caecin 41.

occludo, schließen, verschließen: alqd: s. **obsigno,** II. de or II 248. quorum si quaestus occlusis tabernis minui solet; Catil IV 17. ut seditiosi tribuni solent, occludi tabernas iubes? Ac II 144.

occulo, verbergen, verheimlichen: quae (feminae) ceteris in urbibus mollissimo cultu „parietum umbris occuluntur"; Tusc II 36. interpuncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare possit; de or II 177. Appii vulnera non refrico, sed apparent nec occuli possunt; A V 15, 2.

occultatio, Verbergung, Verborgenhalten: I, 1. ibi occultatio nulla est; A IX 13, 5. — 2. latitare *est non, ut Cicero definit,* turpis occultatio sui; fr B 27. — II. aut occultatione proposita aut impunitate; fin II 73. — III. aliae (bestiae) fuga se, aliae occultatione tutantur; nat II 127.

occultator, Verberger: sustinuisset hoc crimen ipse ille latronum occultator et receptor locus; Milo 50.

occulte, verborgen, heimlich, dunkel, schwer verständlich: video, quid agat; neque enim agit occultissime; Ver pr 15. imperat suis, ut id (candelabrum) in praetorium involutum quam occultissime deferrent; Ver IV 65. nec consulto dicis occulte tamquam Heraclitus, sed ne tu quidem intellegis; nat I 74. ut perpauca occulte fecerit; Ver II 45. Alexandria cunctaque Aegyptus ut occulte latet! agr II 41. quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur; agr I 1. aut omnia occulte referenda fuerunt aut aperte omnia; Flac 44. cum carminibus soliti illi esse dicantur praecepta quaedam occultius tradere; Tusc IV 3.

occulto, verborgen halten, verheimlichen: I. ex omni deliberatione celandi et occultandi spes opinioque removenda est; of III 37. — II. etiam hoc utile est, quorum id scelere conflatum sit, me occultare et tacere; dom 30. — III. (Lentulus) inventus est vix in hortis suis se occultans; A IX 11, 1. quoniam sententiae atque opinionis meae voluistis esse participes, nihil occultabo; de or I 172. dolorem iustissimum, si non potuero frangere, occultabo; Phil XII 21. maxime in pecuniis creditis occultat suum gaudium; of II 79. quid accidit, cur tanto opere iste homo occultaretur? Ver V 65. ex ea (vita) quaeratur, num quae occultetur libido; Sulla 78. non occultandi maleficii spes reperietur; Cael 53. Lentulus ceterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultavit; Bru 235. ne quod in vestimentis telum occultaretur; of II 25. ut eo magis eluceat (tenuitas), quo magis occultatur; Sex Rosc 86.

occultus, verborgen, versteckt, geheim, heimlich, n. Geheimnis: A. qui occultus et tectus dicitur; fin II 54. sin autem me astutum et occultum lubet fingere; ep III 10, 8. si quid erit occultius et, ut scribis, „reconditum"; ep XI 21, 5. quod factum eius modi est, ut sine occulto consilio fieri non potuerit; Tul 32. nullae sunt occultiores insidiae quam eae, quae latent in simulatione officii; Ver I 39. hoc occultum intestinum ac domesticum malum opprimit, antequam . .; Ver I 39. omnium rerum occultarum ignoratione sublata; fin I 64. quod sacrificium est tam occultum quam id? har resp 37. multa sunt occulta rei publicae vulnera; agr I 26. — B, **a.** callidus ille et occultus ne se insinuet, studiose cavendum est; Lael 99. — **b,** I. quae (vis) investigat occulta, quae inventio atque cogitatio dicitur; Tusc I 61. honesta bonis viris, non occulta quaeruntur; of III 38. — II. multi viri boni cum ex occulto intervenissent; Cluent 47. utrum (convenit C. Rabirium) inclusum atque abditum latere in occulto? Rabir 21. — III. ex occulto auditas esse voces; div I 99.

occumbo, niedersinken, erleiden: ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere; Tusc I 102.

occupatio, Besetzung, Besitznahme, Beschäftigung: I. si ambitionis occupatio cursu || decursu || honorum etiam aetatis flexu constitisset; de or I 1. in quo(bello) ita magna rei militaris esse occupatio solet, ut . .; Ac II 4. si te impediebat ista conviviorum mulierumque occupatio; Ver V 83. — II, 1. cum praesertim tam multi occupationem eius observent; Sex Rosc 22. — 2. si te occupatione ista relaxaris; A XVI 16, 2. — 3. ad summas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod . .; A I 19, 1. quanto minus est ad iuris civilis perdiscendi occupationem descendendum? de or I 252. id (tempus) ereptum e summis occupationibus; A I 14, 1. quod te in tanta hereditate ab omni occupatione expedisti; A III 20, 2. — III. occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistula librarii manu est; A IV 16, 1. — IV, 1. cum antea distinebar maximis occupationibus; ep XII 30, 2. sunt privata nulla natura, sed aut vetere occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria aut . .; of I 21. quamquam eram maximis occupationibus impeditus; ep X 28, 3. — 2. in hac tanta occupatione urbis ac vitae; de or I 21. in tuis tantis || tantis tuis || occupationibus; de or III 82. propter molestissimas occupationes meas; ep VII 1, 5.

occupo, einnehmen, überraschen, überfallen, sich bemächtigen, in Besitz, in Anspruch nehmen, beschäftigen, anlegen: quo in negotio, quaestu, artificio sit occupatus; inv I 35. cuius dictatoris iussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum appetentem occupatum interemit; Cato 56. quamvis occupatus sis, otii tamen plus habes; ep XII 30, 1. fuimus amicorum multitudine occupati; A VII 3, 7. non dubito, quin occupatissimus fueris; A XII 38, 1. ut ante occupet, quod videat opponi; orat 138. s. agrum. aede Castoris tamquam arce aliqua a fugitivis occupata; Sest 85. qui (socer) tantum agri in illis rei publicae tenebris occupavit, quantum concupivit; agr II 69. suspenso animo et occupato Crassum tibi respondisse video; de or I 239. cum Atheniensium animos summus timor occupavisset; rep I 25. quod ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur; Q fr I 1, 38. arcem: s. aedem. qui Capitolium, qui rostra, qui urbis portas occuparent; Phil XIV 15. occupatissima in civitate; de or III 131. locus in subselliis occupetur; Bru 290. ne odii locum risus occupet; orat 88. plebs montem sacrum prius, deinde Aventinum occupavit; rep II 58. omne officium munusque sapientiae in hominis cultu esse occupatum; fin IV 36. pecuniam adulescentulo grandi faenore occupavisti; Flac 51. portas, rostra: s. Capitolium. Sp. Cassium de occupando regno molientem; rep II 60. ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus? Planc 66. quod ea verba, quae maxime cuiusque rei propria essent, occupasset Ennius; de or I 154. quae (virgo Vestalis) pro vobis in dis immortalibus placandis occupata est; Font 46. in vita occupata atque militari; Tusc II 2. nunc omnes urbes, quae circum Capuam sunt, a colonis per eosdem decemviros occupabuntur; agr I 20.

occurro, begegnen, aufstoßen, sich darbieten, entgegenkommen, entgegentreten, vorbeugen: I. occurretur satietati; orat 219. cui vi et armis ingredienti sit occursum; Caecin 64. — II, 1. statim occurrit animo, quae sit causa ambigendi; de or II 104. non satis occurrit, quid scribam; ep XII 9, 1. — 2. pronuntiatum ⟨sic enim mihi in praesentia occurrit ut appellarem ἀξίωμα⟩; Tusc I 14. — 3. occurrebat ei (P. Clodio) mancam ac debilem praeturam futuram suam; Milo 25. — III. ut occurrere possimus interrogationibus eorum; Ac II 46. multa occurrunt, quae conturbent; nat I 61. de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis; Sulla 69. maxime mihi occurrunt et quasi lucent Athenae

permissus, Erlaubnis: omne servitium permissu magistratus liberatum; har resp 25. intellexistis, quot res et quantas decemviri legis permissu vendituri sint; agr II 47.

permitto, überlassen, zulassen, einräumen, erlauben: I. neque (T. Agusius) hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei permisissem; ep XIII 71. — II, 1. ipsi (Ciceroni) permittam de tempore; A XII 27, 2. — 2. tibi permitto, respondere mihi malis an audire; nat III 4. — 3. quis Antonio permisit, ut partes faceret? de or II 366. cum tibi permissurus essem, ut faceres, quod velles; Q fr II 14 (15, b), 2. quibus (consulibus) et lege et senatus consulto permissum erat, ut de Caesaris actis cognoscerent; A XVI 16, B, 8. — 4. ut iam ipsis iudicibus coniecturam facere permittam; Ver V 22. — III. utra lex iubeat aliquid, utra permittat; inv II 145. quoniam, quid tibi permittatur, cognosti; ep VI 8, 1. hoc vel maxime tuae *curae* benivolentiaeque permitto et illius consilio et voluntati; A XI 3, 1. primum quaero, num tu senatui causam tuam permittas; Vatin 15. ut (homo) commissus sit fidei, permissus potestati; Font 40. eas (inimicitias) se patribus conscriptis dixit et temporibus rei publicae permissurum; Sest 72. qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt; Tusc I 6. totum ei negotium permisi; Q fr II 7 (9), 2. ne censoribus in posterum potestatem regiam permittatis; Cluent 123. quam (potestatem) tu ad dignitatem permisisses; Q fr I 1, 11. ut Sex. Roscii vita sententiis iudicum permitteretur; Sex Rosc 149.

permixte, vermischt: si genera ipsa rerum ponuntur neque permixte cum partibus implicantur; inv I 32.

permixtim, vermischt: in praesentia tantum modo numeros et modos et partes argumentandi confuse et permixtim dispersimus; inv I 49.

permixtio, Vermischung: superioris permixtionis reliquias fundens aequabat eodem modo ferme; Tim 42.

permodestus, sehr bescheiden, schüchtern: (Fabius Luscus) satis acutus et permodestus ac bonae frugi; A IV 8, a, 3. homo permodestus vocem consulis ferre non potuit; Catil II 12.

permoleste, mit großem Verdruß: vos non satis moveri permoleste fero; Phil I 36.

permolestus, sehr lästig: hi non sunt permolesti, sed tamen insident et urgent; A I 18, 2. permolestum est, nisi fit; rep I 32.

permotio, Erregung, Aufregung, Begeisterung: I. quia animi permotio perturbata saepe ita est, ut obscuretur ac paene obruatur; de or III 215. — II, 1. quod provisione aut permotione mentis magis quam natura ipsa sentiamus; div II 9. — 2. quae aut conciliationis causa leniter aut permotionis vehementer aguntur; de or II 216.

permoveo, bewegen, erregen, aufregen, beunruhigen: quin ipse in commovendis iudicibus his ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer; de or II 189. haec sive iracundia sive dolore sive metu permotus gravius scripsi; A X 4, 6. f. equites. optimus est orator, qui dicendo animos audientium et docet et delectat et permovet; opt gen 3. equites Romanos proscriptionis, municipia vastitatis, omnes caedis metu esse permotos; sen 33. vita mors, divitiae paupertas omnes homines vehementissime permovent; of II 37. nec miseratione solum mens iudicum permovenda est; orat 131. municipia: f. equites.

permulceo, umfächeln, schmeicheln, beruhigen: quae (commendatio) eum, qui audit, permulcere atque adlicere debet; de or II 315. »quam (Aram) flatu permulcet spiritus Austri«; nat II 114. qui (status) permulcet sensum voluptate; fin II 32. permulsa atque recreata est; fr A XII 2.

permultus, sehr viel: A. permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum; rep II 19. permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino; Ver III 165. permultorum exemplorum est plena res publica; leg II 33. permulti locupletes homines; Ver III 120. qualia (signa) permulta historia tradidit; div I 121. ceteras urbes Ponti et Cappadociae permultas esse captas; imp Pomp 21. — B, a. maiestatis absoluti sunt permulti; Cluent 116. — b. sunt permulta, quibus erit medendum; ep XII 10, 4. veniunt in mentem mihi permulta; Caecin 55. — c, I. permultum interest, utrum . .; of I 27. qui permultum classe valuerunt; imp Pomp 54. — II. permulto clariora et certiora esse, quae . .; div II 126.

permutatio, Veränderung, Tausch, Umsatz: I. magna rerum permutatione impendente; Sest 73. — II. rationem Philogeni permutationis eius, quam tecum feci, edidi; A V 13, 2. — III. ratio: f. II. — IV. quae (pecunia) mihi ex publica permutatione debetur; ep III 5, 4.

permuto, verändern, umsetzen, auf Wechsel nehmen: quaero, quod illi (Ciceroni) opus erit, Athenis permutarine possit; A XII 24, 1. nummorum quantum opus erit, ut permutetur, tu videbis; A XII 27, 2. ut permutetur Athenas, quod sit in annuum sumptum ei (Ciceroni); A XV 15, 4. ut cum quaestu populi pecunia permutaretur; ep II 17, 7. scripseras, ut HS XII permutarem; A XI 24, 3. C. Gracchi ‖ tribunatus ‖ nonne omnem rei publicae statum permutavit? leg III 20.

pernecessarius, sehr dringend, eng verbunden, innig befreundet: A. te pro homine pernecessario, quaestore tuo, [dicere]! de or II 202. pro homine mihi pernecessario; ep XIII 69, 1. te non esse Romae meo tempore pernecessario; A V 21, 1. — B, I. C. Subernius Calenus est Leptae pernecessarius; ep IX 13, 1. (C. Flavius) fuit generi mei pernecessarius; ep XIII 31, 1. — II, 1. sciebam Corfidium pernecessarium Ligariorum; A XIII 44, 3. — 2. Cn. Pompeium contendisse a D. Laelio, paterno amico ac pernecessario; Flac 14.

pernecesse, durchaus notwendig: quam noluerint maiores nostri, nisi cum pernecesse esset, hominem occidi; Tul 49.

pernego, hartnäckig leugnen: I. saepe appellati pernegaverunt; Ver I 106. — II. a se illam pyxidem traditam pernegaret; Cael 65.

pernicies, Verderben, Untergang: I. clamitasse magos pestem ac perniciem Asiae proxima nocte natam; div I 47. — II, 1. cum a patria perniciem depuli; dom 93. eorum castrorum imperatorem videmus intestinam aliquam perniciem rei publicae molientem; Catil I 5. — 2. ut nihil nisi de pernicie populi Romani cogitaret; Phil IV 4. spe dubiae salutis in apertam perniciem incurrere; nat III 69. si ad perniciem patriae res spectabit; of III 90. eadem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur; de or II 35. — III. nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur; A III 10, 2. — IV. eruptorum illud malum ad perniciem civitatis; har resp 4. nedum emori cum pernicie rei publicae vellem; Planc 90. in hac pernice rei publicae; of II 79.

perniciose, verderblich, gefährlich, unheilvoll: I. quo perniciosius de re publica merentur vitiosi principes; leg III 32. quid, quod multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis? leg II 13. — II. sapientis civis fuit causam perniciose populari civi non relinquere; leg III 26.

perniciosus, verderblich, gefährlich, unheilvoll: sine civili perniciosissimo bello; A VIII 11, D, 6. leves hos semper nostri homines et audaces et malos et perniciosos cives putaverunt; Sest 139. exitum iudicii foedum et perniciosum levissime tuli; Q fr III 9, 1. in aliqua perniciosissima flamma; Cluent 4. morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis; Tusc III 5. inveteravit iam opinio perniciosa rei publicae; Ver pr 1. (rei publicae genus) inclinatum et quasi pronum ad perniciosissimum statum; rep II 47. intonuit vox perniciosa designati tribuni; Muren 81.

pernicitas, Behendigkeit: adde etiam pernicitatem et velocitatem; Tusc V 45.

pernobilis, sehr bekannt: epigramma Graecum pernobile incisum est in basi; Ver IV 127.

pernocto, die Nacht zubringen, übernachten: sapientis animum cum his habitantem pernoctantemque curis; Tusc V 69. matres miserae pernoctabant ad ostium carceris; Ver V 118. haec studia pernoctant nobiscum; Arch 16.

pernosco, erkennen: qui (Zopyrus physiognomon) se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere; fat 10. omnes amicorum motus penitus pernoscendi; de or I 17. »aeternum volens mundi pernoscere motum«; fr H IV, a, 468. naturas: f. mores.

perobscurus, sehr dunkel: quae (natura deorum) cum mihi videretur perobscura; nat I 17. perdifficilis et perobscura quaestio est de natura deorum; nat I 1.

perodiosus, sehr widerlich, ärgerlich: de Bruto nostro perodiosum; A XIII 22, 4. crebro refricat lippitudo non illa quidem perodiosa, sed tamen . .; A X 17, 2.

perofficiose, sehr gefällig: qui (victores) me quidem perofficiose et peramanter observant; ep IX 20, 3.

peroportune, sehr gelegen: hoc cecidit mihi peroportune; de or II 15. peroportune venis; nat I 15.

peroportunus, sehr gelegen, willkommen: requiescam in Caesaris sermone quasi in aliquo peroportuno deversorio; de or II 234. peroportunam et rebus domesticis et cupiditatibus suis illius belli victoriam fore; ep VI 6, 6.

peroptato, sehr erwünscht: quod (otium) nunc peroptato nobis datum est; de or II 20.

peroptatus, sehr erwünscht: qui hic inluxit dies mihi quidem peroptatus, ut . .! Piso fr 1.

peroratio. Schlußrede, Schluß: I. post omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere; orat 122. omnium causarum unum est naturale principium, una peroratio; Bru 209. exstat eius (Galbae) peroratio, qui epilogus dicitur; Bru 127. peroratio habet amplificationem; Top 98. inflammat, restinguit: s. concludit. — II. perorationes ad misericordiam conferendae; part or 15. tum alii conclusionem orationis et quasi perorationem conlocant; de or II 80. (peroratio) est divisa in duas partes, amplificationem et enumerationem; part or 52. quod perorationem mihi omnes relinquebant; orat 130. — III. is (motus animi) est initiis et perorationibus concitandus; part or 27.

perornatus, sehr schön: idem (Crassus) et perornatus et perbrevis; Bru 158.

peroro, vortragen, beendigen, schließen: I, 1, a. nunc quoniam ad perorandum spectare videtur sermo tuus; Bru 292. — b. perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio, semper tibi relinquebat; Bru 190. — 2, a. alii iubent, antequam peroretur, ornandi aut augendi causa digredi, deinde concludere ac perorare; de or II 80. quibus dictis intellegat fore peroratum; inv I 31. — b. ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus; orat 131. cum ad arbitrium tuum perorasset; Vatin 26. odio et strepitu senatus coactus est aliquando perorare; A IV 2, 4. — II. restat, ut doceam atque aliquando perorem omnia hominum causa facta esse; nat II 154. — III. haec tum laudemus, cum erunt perorata; A V 10, 2. causa sero perorata; Q fr II 1, 1. omnem orationem eius (Platonis) de legibus peroratam esse uno aestivo die; leg II 69. res illo die non peroratur: Ver II 70.

perparvulus, sehr klein: duo sigilla perparvula tollunt; Ver IV 95.

perparvus, sehr klein, unbedeutend: A. perparvam amicitae culpam relinquebas; Deiot 10. — B. perparvum ex illis magnis lucris ad se pervenire; Ver III 130.

perpauculus, sehr wenig: qui me deduxit in Academiam perpauculis passibus; leg I 54.

perpaucus, sehr wenig: A. perpaucis ante diebus; ep IV 9, 1. duodecim tabulae cum perpaucas res capite sanxissent; rep IV 12. condemnatur perpaucis sententiis Philodamus; Ver I 75. — B, a. qua (calliditate) perpauci bene utuntur, innumerabiles autem improbe utuntur; nat III 75. — b. cum essent perpauca inter se conlocuti; rep I 18. de Aetnensibus perpauca dicam; Ver III 105.

perpaulum, sehr wenig: A, I. simul ac perpaulum gustaris; de or II 234. — II. perpaulum || perpaululum || loci reliquum est; de or II 150. — B. declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset fieri minus; fin I 19.

perpauper, sehr arm: erat rex perpauper; A VI 3, 5.

perpendiculum, Bleilot: I. aliquando perpendiculo et linea (Diphilus) discet uti; Q fr III 1, 2. — II. ad perpendiculum columnas exigere; Ver I 133. si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua rectis lineis; fat 22.

perpendo, abwägen, untersuchen, erwägen: non arte aliqua perpenditur; de or III 151. aequitas aratorum commodo et voluntate perpenditur; Ver III 214. quae (amicitia) tota veritate perpenditur; Lael 97.

perperam, unrichtig, falsch: res perperam constitutas; inv I 102. seu recte seu perperam facere coeperunt; Quinct 31. cum sciens perperam iudicarit; Caecin 71.

perpessio, Erdulden: I. fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio; inv II 163. — II. consuetudo laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem; Tusc II 35.

perpetior, standhaft, erdulden, zulassen, zugeben: I. si eum (dolorem) asperum et difficilem perpessu dixero; fin IV 72. — II. haec tu numquam perpeterere; non, inquam, perpeterere, ut homines iniuriae tuae remedium morte quaererent; Ver III 129. — III. facile omnes perpetior et perfero; de or II 77. quidvis me potius perpessurum quam ..; ep II 16, 3. s. II. sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti; de or I 118. Sicilia, tot hominum antea furta, rapinas, iniquitates ignominiasque perpessa; Ver III 64. in perpetiendis laboribus; fin II 113. oratores: s. actores. rapinas: s. furta. multorum stultitiam perpessus est; Muren 19.

perpetuitas, Fortdauer, Dauer, Stetigkeit, Fortgang, Zusammenhang: I. cui (nocti) si similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis, quis me beatior? Tusc I 97. — II, 1. magis eius voluntatis perpetuitatem quam promissorum exitum exspecto; Q fr III 5, 3. — 2. neque semper utendum est perpetuitate et quasi conversione verborum; de or III 190. — 3. quod in perpetuitate dicendi non saepe eluceat; orat 7. non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia; Tusc V 31. quod (genus leporis) in perpetuitate sermonis est; de or II 220. — III. ut constare in perpetuitate vitae possimus nobismet ipsis; of I 119.

perpetuo, beständig, ununterbrochen: I. ut abesse perpetuo malles; ep IV 7, 4. facies perpetuo, quae fecisti; Q fr I 1, 45. (ea sidera) suis sedibus inhaerent et perpetuo manent; Tim 36. — II. praefuisse classi populi Romani Siculum, perpetuo sociis atque amicis Syracusanum; Ver V 131.

perpetuo, ununterbrochen fortdauern lassen, fortsetzen: iudicum potestatem perpetuandam putavit; Sulla 64. ut eum perpetuare verba nolimus; de or III 181.

perpetuus, beständig, ununterbrochen, dauernd, ewig, allgemein gültig: A. nec solum perpetuae actiones, sed etiam partes orationis isdem locis adiuvantur; Top 97. cum eam (gravitatem Cato) ipse perpetua constantia roboravisset; of I 112. reliqua meae perpetuae consuetudini naturaeque debentur; Sulla 87. quorum adsidua et perpetua cura salutis tuae; ep VI 13, 2. C. Caesari, dictatori perpetuo, M. Antonium regnum detulisse; Phil II 87. ut centesimae perpetuo faenore ducerentur; A V 21, 13. cum illo in genere perpetuae festivitatis ars non desideretur; de or II 219. in quibus (scriptis) perpetuam rerum gestarum historiam complecteris; ep V 12, 6. perpetuum hostem ex eo monte tollere; ep XV 4, 8. quae (immortalitas) poterat esse perpetua; rep III 41. perpetui iuris et universi generis quaestio; de or II 141. ut unius perpetua potestate et iustitia omnique sapientia regatur salus civium; rep II 43. uti oratione perpetua malo quam interrogare aut interrogari; fin I 29. cum res publica (non) solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata: sen 4. perseverantia est in ratione bene considerata

stabilis et perpetua permansio; inv II 164. potestas: f. iustitia. quaestiones perpetuae constitutae sunt; Bru 106. quamquam tempus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua vita cogitare; A X 8, 8. ut testem rei publicae relinquerem meae perpetuae erga se voluntatis; Phil I 10. perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper; Tusc V 96. — B. ut nemo in perpetuum esse posset expers mali; Tusc III 59.

perplaceo, sehr gefallen: ea (lex) mihi perplacet; A III 23, 4.

perpolio, glätten, vervollkommnen, verfeinern: qui non sit omnibus iis artibus perpolitus; de or I 72. Latine ea tradi ac perpoliri; de or III 95. ea, quae habes instituta, perpolies; ep V 12, 10. librum meum nondum, ut volui, perpolivi; A XIV 17, 6. neque (Coelius) verborum conlocatione et tractu orationis leni et aequabili perpolivit illud opus; de or II 54. quae (partes orationis) minime praeceptis artium sunt perpolitae; de or II 201. inter hanc vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil interest; Sest 92.

perpotatio, Trinkgelage: quid intemperantissimas perpotationes praedicem? Piso 22.

perpoto, fortzechen: praetore tot dies perpotante; Ver V 100.

perpropinquus, naher Verwandter: A. Aurius, M. illius Aurii perpropinquus; Cluent 23.

perpugnax, sehr streitsüchtig: te perpugnacem in disputando esse visum; de or I 93.

perpurgo, reinigen, ins reine bringen, widerlegen: I. de dote tanto magis perpurga; A XII 12, 1. — II. cervae paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae seselis dicitur; nat II 127. non perpurgata sunt (crimina), non refutata? Scaur 14. perpurgatus est is locus a nobis quinque libris; div II 2.

perpusillus, sehr klein, sehr wenig: hic ille (Philippus): „perpusillum rogabo“; de or II 245.

perquam, gar sehr: I. Carneadi vis dicendi perquam esset optanda nobis; de or II 161. — II. per quam (conquestionem) || perquam || miserum facinus esse et indignum demonstrabitur; inv II 36. quod mihi quidem perquam puerile videri solet; de or II 108. — III. perquam breviter perstrinxi atque attigi; de or II 201. perquam diligenter videndum est; de or II 237.

perquiro, sich genau erkundigen, durchforschen: I. perquiritur a coactoribus; Cluent 180. — II. non perquiris, cui dixerit Apronius ..? Ver III 133. III. ipsa cognitio rei scientiaque perquiritur; de or III 112. nosti diligentiam Capitonis in rebus novis perquirendis; A XIII 33, a, 1 (4). scientiam: f. cognitionem. ut ea vasa perquirant; Ver IV 39.

perquisite, vielseitig: ea nos perquisitius et diligentius conscripsisse pollicemur; inv I 77.

perraro, sehr selten: id quod perraro evenit; Ver III 113. si quando id efficit, quod perraro potest; rep II 67. quia perraro grati homines reperiantur; Planc 4.

perreconditus, sehr versteckt: exponam vobis non quandam perreconditam rationem consuetudinis meae; de or I 135.

perridicule, sehr lächerlich: cum ex nomine istius, quid iste in provincia facturus esset, perridicule homines augurabantur; Ver II 18.

perridiculus, sehr lächerlich: est eorum doctrina perridicula; de or II 77.

perrogatio, Durchsetzung, Beschluß: perrogationem legis Maniliae (flagitasti): Muren 47.

perrumpo, durchbrechen, überwinden, durchbohren, unwirksam machen: necesse est ab iis (duobus generibus) perrumpatur et dividatur crassus hic aër; Tusc I 42. perrupi Appennium; Phil XII 26. »hos ille (Mulciber) cuneos fabrica crudeli inserens perrupit artus«; Tusc II 23. negleget leges easque perrumpet; leg I 42. cum opinione perrumpendi periculi; part or 112. quam (poenam legum) saepe perrumpunt; of III 36.

persaepe, sehr oft: I. quod memineram persaepe te cum Panaetio disserere solitum; rep I 34. persaepe etiam privati cives morte multaverunt; Catil I 28. lapidationes persaepe vidimus; Sest 77. — II. ubi (iudicia) sunt, tamen persaepe falsa sunt; leg I 40.

persalse, sehr witzig: persalse et humaniter etiam gratias mihi agit; Q fr II 13, 3.

persalsus, sehr witzig: persalsum illud est apud Novium; de or II 279.

persalutatio, Umhergrüßen: non placet mihi denuntiatio || declamatio || potius quam persalutatio; Muren 44.

persaluto, allseitig begrüßen: ut omnes vos nosque cotidie persalutet; Flac 42.

persapiens, sehr weise: si hoc magni cuiusdam hominis et persapientis videtur; prov 44.

persapienter, sehr weise: etsi persapienter dat ipsa lex potestatem defendendi; Milo 11.

perscienter, sehr klug: (Cotta) perscienter contentionem omnem remiserat; Bru 202.

perscitus, sehr fein, treffend: per mihi scitum videtur, C. Publicium solitum esse dicere ..; de or II 271.

perscribo, niederschreiben, aufzeichnen, eintragen, anweisen: I. ut perscripsi ad te antea; ep I 7, 2. — II, I. perscribe, quae causa sit Myrtilo; A XV 13, 6. — 2. quis ad me non perscripsit te nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse? ep III 13, 1. — III. ut ad me omnia quam diligentissime perscribas; ep II 10, 4. quibus (litteris) accurate perscripsisti omnia; A XI 7, 1. acta ad te omnia arbitror perscribi ab aliis; ep XII 22, 1. ut artem dicendi perscriberemus; inv II 4. senatus auctoritas est perscripta; ep I 2, 4. ad te tota comitia perscribam; A IV 15, 8. in quo (libello) istius furta Syracusana perscripta erant; Ver III 149. omnium rerum publicarum rectionis genera, status, mutationes, leges etiam et instituta ac mores civitatum perscripsimus; fin IV 61. Demochares historiam perscripsit; Bru 286. instituta, al.: f. genera. perscribe mihi totum negotium; A XV 29, 3. mihi Quintus frater tuam orationem perscripsit; ep V 4, 1. multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas atque inanes esse perscriptas; Ver V 48. ut nemini sit triumphus honorificentius quam mihi salus restitutioque perscripta; Piso 35. status: f. genera. viri boni usuras perscribunt; A IX 12, 3.

perscriptio, Niederschreibung, Protokollierung, Eintragung, Anweisung: I. perscriptionem tibi placere; A XII 51, 3. — II. illud senatus consultum ea perscriptione est, ut ..; ep V 2, 4. — III. si de tabulis et perscriptionibus controversia est; de or I 250. — IV. per quam (dissipationem) sestertium septiens miliens falsis perscriptionibus donationibusque avertit; Phil V 11. haec pactio non verbis, sed nominibus et perscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur; A IV 17 (18), 2.

perscriptor, Eintrager: scribam tuum dicit huius perscriptorem faenerationis fuisse; Ver III 168.

perscrutor, durchsuchen, erforschen, ergründen: desinite litteras legis perscrutari; inv I 69. perscrutamini penitus naturam rationemque criminum; Flac 19. qui sententiam scriptoris domesticis suspicionibus perscrutetur; inv II 128.

perseco, durchschneiden, zerschneiden: I. da te in sermonem et perseca et confice; A XIII 23, 3. — II. ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus? Ac II 122.

persecutio, Verfolgung: cum in altera (iuris scientia) persecutionum || praescriptionum || cautionumque praeceptio (esset); orat 141.

persequor, nachfolgen nachgehen aufſuchen, erreichen, anhangen, verfolgen, rächen, durchgehen, durchforſchen, behandeln, fortſetzen, durchführen, einziehen: I. aliud tempus est petendi, aliud persequendi; Muren 44. — II. non persequeris, non perseveras, non perquiris, cui dixerit Apronius . . ? Ver III 133. quos (viros) sciebam memoria, scientia, celeritate scribendi facillime, quae dicerentur, persequi posse; Sulla 42. — III. cum senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit; Phil XI 29. eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus; ep III 6, 3. quem (Pompeium) persequi Caesar dicitur; A VII 23, 1. ut ea, quae sentitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini; de or I 98. vgl. II. qui (Atticus) me inflammavit studio inlustrium hominum aetates et tempora persequendi; Bru 74. (L. Cotta) persequebatur atque imitabatur antiquitatem; Bru 137. utramque (artem) persequi cogitamus; Top 6. quarta legio C. Caesaris auctoritatem atque exercitum persecuta est; Phil III 7. persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras, Theophrastus autem stirpium naturas omniumque fere rerum, quae e terra gignerentur, causas atque rationes; fin V 10. temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus; orat 102. quem ad modum inimicorum iniurias crudelitatemque persequar; Quir 22. exercitum: ſ. auctoritatem. figuras: ſ. causas. qui eius modi hominum furta odore persequebantur; Ver IV 53. verborum ratio et genus orationis fusum atque tractum persequendum est; de or II 64. qui legatione hereditates aut syngraphas suas persequuntur; leg III 18. quibus persuasum sit foedissimum hostem iustissimo bello persequi; Phil XIII 35. qui iniurias suas persequi volunt; div Caec 64. ſ. crudelitatem. horum nos hominum sectam atque instituta persequimur; Ver V 181. ut omnes suum ius persequantur; Caecin 97. ut mea mandata digeras, persequare, conficias; Q fr II 12 (14), 3. consilium hoc est illorum, ut mortem Caesaris persequantur; ep XII 3, 2. naturas, ortus: ſ. causas. quod accusator rerum ordinem persequitur; part or 14. cum tribunus plebis poenas a seditioso civi per bonos viros iudicio persequi vellet; ep I 9, 15. qui non notam apponas, sed poëtam armis persequare; Piso 73. rationem: ſ. causas, genus. est ars in iis, qui novas res coniectura persequuntur; div I 34. sectam: ſ. instituta. illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendae suavitatis in vocibus; orat 58. syngraphas: ſ. hereditates. tempora: ſ. aetates. victus: ſ. causas. ut vitam inopem et vagam persequamur; Phil XII 15. quod (luxuriosi) ita viverent, ut persequerentur cuiusque modi voluptates; fin II 22.

perseverantia, Beharrlichkeit, Ausdauer: I. perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio; inv II 164. eius (fortitudinis) partes magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia; inv II 163. aliud an idem sit, ut pertinacia [et] perseverantia; part or 65. — II. cum perseverantiam sententiae suae, non salutem rei publicae retinuisset; Planc 89.

persevero, verharren, beharren, fortſetzen: I. in quo perseveravi; A VI 3, 5. (homines) non tanto opere in vitiis perseverarent; inv II 5. — II, 1. quod, ad urbem ut non accederem, perseveravi; A IX 19, 4. — 2. iniuriam facere fortissime perseverat; Quinct 31. quodsi perseveras me ad matris tuae cenam revocare; ep IX 16, 8. — 3. cum Orestes Orestem se esse perseveraret; Lael 24. — III. neque te ipsum id, quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere potuisse; Quinct 76.

persimilis, ſehr ähnlich: quae (memoria) est in dissimili genere persimilis; part or 26. illi statuam istius persimilem deturbant; Piso 93.

persolvo, bezahlen, abzahlen, erweiſen, einlöſen, büßen: I. persolvi primae epistulae, venio ad secundam; A XIV 20, 2. — II. idem ego ille persolvi patriae, quod debui; Sulla 87. velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas; ep III 9, 3. cum ab eo merces tui beneficii pretiumque provinciae meo sanguine tibi esset persolutum; dom 23. gloriae munus monimenti honore persolvitur; Phil XIV 34. ſ. alqd. ab omnibus esse ei poenas persolutas; orat 214. his praemia sunt promissa, illis persoluta; Phil XI 39. promissum: ſ. alqd. stipendium eis (militibus) persolutum; A V 14, 1. votum patris Capitolii aedificatione persolvit; rep II 44. si hoc mihi ζήτημα persolveris, magna me molestia liberaris; A VII 3, 10.

persona, Maske, Rolle, Stellung, Rang, Charakter, Perſon: I. parumne foeda persona est ipsius senectutis? A XV 1, 4. neque obscuris personis res agetur; ep III 5, 2. exsultabat gaudio persona de mimo; Phil II 65. ut mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare; A VIII 11, D, 7. ne pertineat || nihil pertinet || ad oratoris locos Opimii persona: de or II 134. — II, 1. illam gravitatis severitatisque personam non appetivi, sed ab re publica mihi impositam sustinui; Muren 6. Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis, heroicae personae: nat III 71. mihi indicatum est deponere illam iam personam, in qua me saepe illi ipsi (Caesari) probavi; ep VII 33, 2. ecquae pacifica persona desideretur; A VIII 12, 4. imponatur honestae civitati turpissima persona calumniae? Ver II 43. ſ. appeto. ponit (vir bonus) personam amici, cum induit iudicis; of III 43. qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curaverit; Cluent 125. qui hanc personam susceperit, ut amicorum controversias causasque tueatur; de or I 169. tres personas unus sustineo summa animi aequitate, meam, adversarii, iudicis; de or II 102. ſ. appeto. L. Paulus, Africani pater, personam principis civis facile dicendo tuebatur; Bru 80. — 2. personis has res attributas putamus: nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, adfectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes; inv I 34. ſ. 3. capio ex. — 3. neque oratio abhorrens a persona hominis gravissimi; rep I 24. ex persona coniectura capietur, si eae res, quae personis attributae sunt, diligenter considerabuntur; inv II 28. ex tua persona enumerare possis; inv I 99. quae ad personam pertinent: inv II 22. qui (histriones) in dissimillimis personis satis faciebant, cum tamen in suis versarentur; orat 109. — III, 1. cum id, quod quaque persona dignum est, et fit et dicitur; of I 97. — 2. non in hominum innumerabilibus personis, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse; de or II 145. — IV. qui neque actor sum || sim || alienae personae, sed auctor meae; de or II 194. qui idem ita moderantur, ut rerum, ut personarum dignitates ferunt; de or III 53. poëtae in magna varietate personarum, quid deceat, videbunt; of I 98. — V. ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur; de or II 193. in eius (Pompei) persona multa fecit asperius; ep VI 6, 10. ſ. II, 1. depono. 3. versor in.

personatus, maskiert: qui (senes) personatum ne Roscium quidem magnopere laudabant; de or III 221. »quid est, cur ego personatus ambulem?« || quid . . ambulem? || A XV 1, 4.

persono, erſchallen, ertönen, erſchallen laſſen, laut rufen: I. personare aures eius (Leptae) huius modi vocibus non est inutile; ep VI 18, 4. ut cotidiano cantu tota vicinitas personet; Sex Rosc 134.

— II. furialis illa vox secum et illos et consules facere acerbissime personabat; Planc 86. — III. quas (res) isti in angulis personant; rep I 2.

perspargo, beſtreuen: quo (lepore) tamquam sale perspargatur omnis oratio; de or I 159.

perspicax, einſichtsvoll: sequemur id, quod acutum et perspicax natura est; of I 100.

perspicientia, Einſicht, Erkenntnis: (honestum) in perspicientia veri sollertiaque versatur; of I 15.

perspicio, deutlich ſehen, durchſchauen, beſchauen, muſtern, erkennen, wahrnehmen: I. cum satis iam perspexisse videretur; Ver IV 65. — II, 1. qui illorum prudentiam non dicam adsequi, sed, quanta fuerit, perspicere possint; har resp 18. nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti te facerem; ep III 10, 2. — 2. quae (res) inesse in homine perspiciantur ab iis, qui se ipsi velint nosse; leg I 62. — 3. erit ei perspectum nihil ambigi posse, in quo . .; orat 121. — III. si te ipse et tuas cogitationes et studia perspexeris; fin II 69. si ex iis, quae scripsimus tanta, etiam a me non scripta perspicis; A I 18, 8. fac, ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas; A III 15, 8. cuius animum egregium ex Bruti litteris perspicere potuistis; Phil X 13. postea, quam M. Antonii non solum audaciam et scelus, sed etiam insolentiam superbiamque perspeximus; Phil VIII 21. in tua erga me mihi perspectissima benivolentia; A XI 1, 1. tota causa pertemptata atque perspecta; de or II 318. cogitationes: ſ. alqm. cum (sapientis animus) totius mundi motus conversionesque perspexerit; Tusc V 69. ut nostrum cursum perspicere possis; Bru 307. cuius virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri perspexerunt; Ver II 4. et furto et scelere perspecto; Ver I 43. ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortunae; of I 90. insolentiam: ſ. audaciam. tibi perspectum esse iudicium de te meum laetor; A I 20, 1. vidi penitusque perspexi in meis variis temporibus et sollicitudines et laetitias tuas; A I 17, 6. populi Romani perspiciunt eandem mentem et voluntatem; Flac 96. misericordiam: ſ. fidem. qui rerum omnium naturam, mores hominum atque rationes penitus perspexerit; de or I 219. motus: ſ. conversiones. ea scientia et verborum vis et natura orationis et consequentium repugnantiumve ratio potest perspici; fin I 63. qui (Zopyrus) se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur; Tusc IV 80. ſ. mores. quam (observantiam) penitus perspexi; ep XIII 50, 1. rationem: ſ. mores, naturam. ut (animus) rem perspicere cum consilio et cura non potuerit; inv II 17. si ars ita definitur, ex rebus penitus perspectis planeque cognitis; de or I 108. scelus: ſ. audaciam, furtum. ex his sententia scriptoris maxime perspicitur; inv II 121. sollicitudines: ſ. laetitias. studia: ſ. alqm. superbiam: ſ. audaciam. varietatem: ſ. imbecillitatem. virtutem: ſ. fidem. vim: ſ. naturam. perspecta vestra voluntate; sen 25. ſ. mentem.

perspicue, offenbar, deutlich: I. quod ad exsilium attinet, perspicue intellegi potest, quale sit; Caecin 100. divinatio perspicue tollitur; div II 41. — II. in perspicue falsis; part or 44. aperte iam et perpicue nulla esse iudicia; Ver pr 20. hoc quia perspicue verum est; inv I 63. — III. falsum est, in quo perspicue mendacium est; inv I 90.

perspicuitas, Augenſcheinlichkeit, Deutlichkeit: I. perspicuitas illa, quam diximus, satis magnam habet vim, ut ipsa per sese ea, quae sint, nobis, ita ut sint, indicet; Ac II 45. — II, 1. dico: ſ. I. quod nihil esset clarius ἐναργείᾳ, ut Graeci, perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus; Ac II 17. — 2. sapientis esse opinionem a perspicuitate seiungere; Ac II 45.

perspicuus, augenſcheinlich, deutlich, offenbar: A. ex hisce omnibus illud perspicuum est, approbationem tum adiungi, tum non adiungi; inv I 66. perspicua sunt haec quidem et in vulgari prudentia sita; de or II 132. argumenti ratione conclusi caput esse faciunt ea, quae perspicua dicunt; fin IV 8. perspicuum est iam, quid mihi videatur; of III 92. hic et propositio et adsumptio perspicua est; inv I 66. ut omnibus istius furta, illius flagitium, utriusque audacia perspicua esset posset; Ver I 189. perspicua sua consilia omnibus fecit; Ver pr 5. flagitia, furta: ſ. audacia. perspicuum (genus argumentationis) est, de quo non est controversia; inv I 92. sunt etiam clariosa vel plane perspicua minimeque dubitanda indicia naturae; fin V 55. clarissimos viros se in medios hostes ad ad perspicuam mortem iniecisse; dom 64. propositio: ſ. adsumptio. permultas ita atroces et perspicuas res esse, ut . .; inv II 85. — B, I. cum convicio veritatis coacti perspicua a perceptis volunt distinguere; Ac II 34. vos cum perspicuis dubia debeatis inlustrare, dubiis perspicua conamini tollere; fin IV 67. — II. inlustrare: ſ. I. tollo.

persto, beharren, verharren: I. perstat in sententia Saturius; Q Rosc 56. tamenne in ista pravitate perstabitis? Ac II 26. — II. si perstiteris ad corpus ea, quae dixi, referre; fin II 107.

perstringo, ſtreifen, durchpflügen, berühren, unangenehm berühren, tadeln: qui consulatus meus) illum (Hortensium) primo leviter perstrinxerat; Bru 323. quod esse in arte positum videbatur, perquam breviter perstrinxi atque attigi; de or II 201. vomere portam paene perstrinxisti; Phil II 102. quod solum tam exile est, quod aratro perstringi non possit? agr II 67. ille M. Antonii voluntatem asperioribus facetiis saepe perstrinxit impune; Planc 33.

perstudiose, ſehr eifrig: cum eum (Aelium) audire perstudiose solerem; Bru 207.

perstudiosus, eifrig treibend, ſehr ergeben: quarum (litterarum Graecarum) constat eum (M. Catonem) perstudiosum fuisse in senectute; Cato 3. (Thermum) intellexi esse perstudiosum tui; A V 20, 10.

persuadeo, überreden, überzeugen, beſtimmen: I, 1. quae (rationes) nullam adhibent persuadendi necessitatem; Ac II 116. — 2, a. si tibi persuasum est; nat III 7. — b. geometrae provideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere; Ac II 116. — II, 1. si forte de paupertate non persuaseris; Tusc IV 59. — 2. si iam persuasum erat Cluvio, ut mentiretur; Q Rosc 51. si tibi, ut id lubenter facias, ante persuaseris; ep XIII 1, 2. — 3. quibus persuasum sit foedissimum hostem iustissimo bello persequi; Phil XIII 35. — 4. persuade tibi me petere praeturum; ep XI 16, 3. tibi persuade maximam rei publicae spem in te esse; ep XII 9, 2. nisi illud mihi persuadeo, te nihil temere fecisse; ep XIII 73, 2. illud erat persuasum, Pompeium iter fecisse; A X 9, 1. — III. nisi homines ea, quae ratione invenissent, eloquentia persuadere potuissent; inv I 3. si ab iis, qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur; inv I 23. quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato; A XIII 38, 2. hoc cum (Quintus) mihi non modo confirmasset, sed etiam persuasisset; A XVI 5, 2. ſ. II, 4. illa opinio mali, quo viso atque persuaso aegritudo insequitur necessario; Tusc III 72.

persuasio, Überredung, Überzeugung: I. officium eius facultatis videtur esse dicere apposite ad persuasionem; inv I 6. — II. quae clam, palam, vi, persuasione fecerit; inv I 41.

persuasus, Überredung: utrum velitis casu illo itinere Varenum usum esse an huius persuasu et inductu; fr A II 14.

persubtilis, ſehr fein: quoniam tua fuit perelegans et persubtilis oratio; Planc 58.

pertaesum est, Ekel empfinden: quidam „pertisum" etiam volunt, quod eadem consuetudo non probavit; orat 159. pertaesum est levitatis. adsentationis, animorum non officiis, sed temporibus servientium; Q fr I 2, 4.

pertempto, prüfen, erforschen: I. his ex partibus iuris elicere pertemptando unam quamque iuris partem oportebit; inv II 68. — II. si totius administratio negotii ex omnibus partibus pertemptabitur; inv II 38. tota causa pertemptata atque perspecta; de or II 218. scripturam totam omnibus ex partibus pertemptare; inv II 117.

pertenuis, sehr gering, sehr schwach: quae res pertenui nobis argumento indicioque patefacta est; Ver pr 17. mihi dicendi aut nullam artem aut pertenuem videri; de or I 107. indicium: s. argumentum. spes salutis pertenuis ostenditur; ep XIV 3, 2.

perterebro, durchbohren: Hannibalem Coelius scribit (columnam auream) perterebravisse; div I 48.

perterreo, erschrecken, einschüchtern: metu perterriti repente diffugimus; Phil II 108. eum perterritum somnio surrexisse; div I 57. me contremuisse timore perterritum; div I 58. metu perterritis nostris advocatis; Caecin 44. cuius animus sit perterritus; Caecin 42. illum (bubulcum) perterritum fugisse; div I 57. his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas; nat I 86.

pertexo, ausführen, vollenden: pertexe modo, quod exorsus es; de or II 145. totum hunc locum (Crassus) valde graviter pertexuit; A I 14, 3.

pertimesco, in Furcht geraten, fürchten: I, 1. vehementius arbitror pertimescendum, si . .; prov 39. — 2. testimoniis Fufiorum recitatis homo audacissimus pertimuit; Flac 48. — II, 1. de re publica debui pertimescere; div II 59. — 2. tanta legum contemptio nonne quem habitura sit exitum pertimescit? Sest 134. — 3. pertimuit (Epicurus), ne alterutrum fieret necessarium; nat I 70. — III. Siculi Siculos non tam pertimescebant; Ver III 78. cuius conscientiam nihil est quod quisquam timeat, si non pertimescat suam; Rab Post 11. quid est cur nos crimen hoc pertimescamus? Cael 50. neque est, quod illam exceptionem in interdicto pertimescas: „QUOD TU PRIOR VI HOMINIBUS ARMATIS NON VENERIS"; ep VII 13, 2. non putavi famam inconstantiae mihi pertimescendam; ep I 9, 11. cum scelera consiliorum vestrorum fraudemque legis et insidias pertimescam; agr I 25. non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est; agr I 26. qui hostium impetum vimque pertimuit; Cluent 128. insidias: s. fraudem. te hortor, ut maneas in sententia neve cuiusquam vim aut minas pertimescas; imp Pomp 69. pertimescenda est multitudo causarum; de or II 140. nationem: s. gentem. ut legum poenas pertimescas; Catil I 22. cum secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam; ep IV 14, 2. regem: s. gentem. ne tum quidem fortunae rotam pertimescebat; Piso 22. scelera: s. fraudem. vim: s. impetum, minas. — IV. quos hostes haec familia contempsit, numquam eosdem testes pertimescet; Flac 58.

pertinacia, Beharrlichkeit, Hartnäckigkeit: I. pertinacia, quae perseverantiae finitima est; inv II 165. — II, 1. si in minimis rebus pertinacia reprehenditur; Ac II 65. — 2. nec cum iracundia aut pertinacia recte disputari potest; fin I 28. ex pertinacia aut constantia oritur saepe seditio; Sest 77. — III. sua pertinacia vitam amiserunt; Marcel 21.

pertinax, beharrlich, hartnäckig: A. aut pertinacissimus fueris aut . .; fin II 107. etsi (Arcesilas) fuit in disserendo pertinacior; fin V 94. contentiones concertationesque in disputando pertinaces; fin I 27. sit hic sermo lenis minimeque pertinax; of I 134. — B. ea omnia, quae proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium sunt; de or II 182.

pertineo, sich ausdehnen, sich erstrecken, sich beziehen, angehen, betreffen, Einfluß haben: I, 1. quid fieret, non cur fieret, ad rem pertinere; div II 46. — 2. quod plures a me nominati sunt. eo pertinuit, quod intellegi volui . .; Bru 299. eodem pertinet, quod causam eius probo; A VIII 9, 1. — 3. quod ut demonstretur, neque ad hoc nostrum institutum pertinet et . .; inv II 164. ad famam Ser. Sulpicii filii arbitror pertinere, ut videatur honorem debitum patri praestitisse; Phil IX 12. — 4. rectum esse et aequum et ad officium pertinere aegre ferre, quod sapiens non sis; Tusc III 68. — 5. cum ad rem publicam pertineret viam Domitiam muniri; Font 18. ad fidem bonam statuit pertinere notum esse emptori vitium; of III 67. — II. quae pertinere ad dicendum putamus; inv I 77. quae ad faciendam fidem pertinent; part or 33. quod ad vestram famam pertinet; Ver I 22. id ad multa pertinuit; A III 6. (ista ars) ad multos pertinet; de or I 235. a pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet; nat II 149. quae (beneficia) ad universos quaeque ad rem publicam pertinent; of II 72. quae potest contagio ex infinito paene intervallo pertinere ad lunam vel potius ad terram? div II 92. ad plures homines, ad plures provincias crimen hoc pertinere; Ver III 217. quod (decorum) ad omnem honestatem pertinet; of I 98. etiamne urbis natalis dies ad vim stellarum et lunae pertinebat? div II 99. omnes animi et voluptates et dolores ad corporis voluptates ac dolores pertinere; fin II 107. unum genus est, quod pertinet ad finem bonorum; of I 7. iustitia quid pertinet ad deos? nat III 38. si ad hunc maleficium istud pertinet; Sex Rosc 79. ea (officia) quamquam pertinent ad finem bonorum; of I 7. quorsum igitur haec oratio pertinet? dom 116. rationem quandam per omnem naturam rerum pertinentem vi divina esse adfectam; nat I 36. regnum Aegypti ad se et ad Selenen. matrem suam, pertinere; Ver IV 61. quae (res) ad dicendum pertinerent; de or I 94. quae (res) ad tantam prudentiam pertinerent; de or II 6. cum testimonia creditorum existimentur ad rem maxime pertinere; Quinct 88. quae (viae) pertinent ad iecur eique adhaerent; nat II 137. quae (vis) ad caput ac vitam pertineret; Caecin 63. voluptates: s. dolores.

pertractatio, Behandlung, Beschäftigung: I. omnia dispersa et dissipata quondam fuerunt; ut in grammaticis poëtarum pertractatio; de or I 187. — II. sine multa pertractatione omnium rerum publicarum; de or I 48.

pertracto, betasten, befühlen, behandeln, durchdenken, untersuchen: qui cursum rerum diuturnitate pertractata notaverunt; div I 128. (orator) ita sensus hominum mentesque pertractat, ut . .; de or I 222. aliquem barbatulos mullos exceptantem de piscina et pertractantem; par 38. si (animus) gesti negotii et suam et adversarii narrationem saepe et diligenter pertractabit; inv II 45. si me ad totam philosophiam pertractandam dedissem; nat I 9. sensus: s. mentes.

pertristis, sehr traurig: »saepe etiam pertriste canit carmen acredula«; div I 14. fuit (L. Herennius) in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister; Cael 25.

pertumultuose, sehr beunruhigend: legati pertumultuose Parthos in Syriam transisse nuntiaverunt; ep XV 4, 3.

perturbate, verworren: ne quid perturbate dicatur; inv I 29.

perturbatio, Verwirrung, Unordnung, Störung, Umwälzung, Aufruhr, Unruhe, Leidenschaft, Erregung, Gemütserregung: I, 1. cadunt etiam

in ignorationem atque ‖ in ‖ imprudentiam perturbationes animi; Top 64. cum perturbationes animi miseriam, sedationes autem vitam efficiant beatam; Tusc V 43. omnes eae (perturbationes) sunt genere quattuor, partibus plures, aegritudo, formido, libido, quamque Stoici ἡδονήν appellant, ego malo laetitiam appellare; fin III 35. sic quattuor perturbationes sunt, tres constantiae, quoniam aegritudini nulla constantia opponitur; Tusc IV 14. si doceas ipsas perturbationes per se esse vitiosas; Tusc IV 60. quorum (animorum) omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt; Tusc IV 31. quibus (sanctitate, religione) sublatis perturbatio vitae sequitur et magna confusio; nat I 3. videtur: ſ. II, 1. declaro. hac perturbatione animorum atque rerum; agr I 24. — 2. aegritudo perturbatio est animi; Tusc III 15. — II, 1. quoniam, quae Graeci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet quam morbos; Tusc IV 10. quae (perturbatio) nomine ipso vitiosa declarari videtur; fin III 35. utamur in his perturbationibus discribendis Stoicorum definitionibus et partitionibus; Tusc IV 11. neque vero illa popularia sunt existimanda, iudiciorum perturbationes . .; agr II 10. et aegritudines et metus et reliquae perturbationes omnes gignuntur ex ea (intemperantia); Tusc IV 22. remove perturbationes maximeque iracundiam; Tusc IV 54. — 2. hominem nulli neque perturbationi animi nec fortunae succumbere (oportere); of I 66. — 3. vacare omni animi perturbatione sapientem; Tusc V 17. — 4. ab hac perturbatione religionum advolas; Phil II 103. illa duo, morbus et aegrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione et perturbatione gignuntur; Tusc IV 29. — III, 1. illum (sapientem) putas omni perturbatione esse liberum, te vis; Tusc IV 58. — 2. ut sit alius ad alios motus perturbationesque proclivior; Tusc IV 81. — IV. cognita iam causa perturbationum; Tusc IV 82. earum perturbationum variae sunt curationes; Tusc IV 59. omnium perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam; Tusc IV 22. partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci et ex duobus opinatis malis; Tusc IV 11. — V, 1. miraris me tanta perturbatione valetudinis tuae tam graviter exanimatum fuisse? ep IX 15, 2. utrum perturbatione aliqua animi an consulto et cogitata fiat iniuria; of I 27. ut impetu quodam animi et perturbatione magis quam iudicio aut consilio regatur; de or II 178. — 2. in tanta perturbatione rei publicae; Phil XIII 33. an quisquam potest sine perturbatione mentis irasci; Tusc IV 54.

perturbatrix, Verwirrerin: perturbatricem harum omnium rerum Academiam exoremus, ut sileat; leg I 39.

perturbo, verwirren, stören, beunruhigen, aufregen, bestürzt machen: quod me magno animi motu perturbatum putas; A VIII 11, 1. alterum, quo perturbantur animi et concitantur; orat 128. quia fieri potest, ut tu ea perturbatiore animo cogites; ep VI 5, 2. quid est, quod tantam gravitatem constantiamque perturbet? Tusc IV 57. nostras contiones plerumque perturbant; Flac 17. perturbari exercitum nostrum religione et metu; rep I 23. gravitatem: ſ. constantiam. numquam vidi hominem perturbatiorem metu; A X 14, 1. morbos hos perturbatos motus philosophi appellant; Tusc III 10. ut in his perturbem aetatum ordinem; Bru 223. qui (Ti. Gracchus) otium perturbaret; Ac II 15. num perturbare rem publicam seditionibus velles; dom 35. onusti cibo et vino perturbata et confusa (somnia) cernimus; div I 60. vectigalia nostra perturbarunt; Piso 84. quae (somniantium visa) multo etiam perturbatiora sunt; div II 122.

perturpis, sehr unanständig: cum hac (muliere) aliquid adulescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Cael 50.

pervado, durchdringen, hindringen, erreichen, gelangen: I. per omnes partes provinciae te pervasisse; Ver I 96. ne quid in eas (nares), quod noceat, possit pervadere; nat II 145. quo non illius diei fama pervaserit; imp Pomp 44. quantum incendium non solum per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorum pervaserit; Ver III 66. — II. quae (opinio) animos gentium barbararum pervaserat; imp Pomp 23.

pervagor, sich ausdehnen, sich verbreiten, durchziehen, part. allgemein, sehr bekannt: I. si de istis communibus et pervagatis vix huic aetati audiendum putas; de or I 165. quae sunt et re faciliora et praeceptis pervagata; de or II 127. ut longe et late pervagata (bona anteponantur) angustis; Top 69. quae (causa) apud Graecos est pervagata; inv I 55. hic praedonum naviculae pervagatae sunt; Ver V 98. pars (argumentorum) est pervagatior; inv II 47. pervulgatissimus ‖ pervagatissimus ‖ ille versus; orat 147. — II. de quo in exteris nationibus usque ad ultimas terras pervagatum est; Ver IV 64. — III. molestiae laetitiae, cupiditates timores similiter omnium mentes pervagantur; leg I 32.

pervarie, sehr mannigfaltig: reliqua pervarie iucundeque narrantur; de or II 327.

pervehor, hinfahren, hinkommen: cum prospero flatu eius (fortunae) utimur, ad exitus pervehimur optatos; of II 19. navis in portum pervehitur; inv II 154.

pervello, rütteln, erfassen, scharf mitnehmen: si te forte dolor aliquis pervellerit; Tusc II 46. quod ius nostrum civile pervellit; de or I 265.

proficiscor, aufbrechen, abgehen, abreisen, abfahren, ausziehen, reisen, fortfahren, übergehen, ausgehen, herrühren: I. doctissimis viris proficisci placuit a lege; leg I 18. — II. ipsi gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur; of I 115. — III. quam (partitionem) omnes ab Aristotele et Theophrasto profecti maxime secuti sunt; inv I 61. proficisci ordine ad reliqua pergemus; inv I 77. a philosophia profectus princeps Xenophon; de or II 58. quod C. Caesar Galliae provinciae cum exercitu subsidio profectus sit; Phil V 46. neque tum (Regulus) ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci; of III 100. te iam ex Asia Romam versus profectum esse; ep II 6, 1. se de nocte proficisci; A V 13, 1. etsi poteram remanere, tamen proficiscar hinc, ne relictus videar; A XIII 26, 2. ille quid agat, si scis nequedum Roma es profectus; A XIV 10, 4. ut ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectet: inv I 68. quae proficisci ab ostentatione magis quam a voluntate videantur; of I 44. iis (animis) ad illos (deos), a quibus essent profecti, reditum facilem patere; Tusc I 72. cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint; rep VI 24. ad P. Lentuli auctoritatem a senatu profectam Roma contenderat; Rab Post 21. cum classis Syracusis proficiscebatur; Ver V 111. ut consules, alter ambove, ad bellum proficiscerentur; Phil VII 11. quae est ista a deis profecta significatio et quasi denuntiatio calamitatum? div II 54. an Achivorum exercitus et tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut . .? div I 24. omnis institutio debet a definitione proficisci; of I 7. mathematici, poëtae, musici, medici denique ex hac tamquam omnium artificum ‖ artium ‖ officina profecti sunt; fin V 7. ea (pecunia) quaeritur unde profecta sit, ab accusatore an ab reo; Cluent 81. poëtae: f. mathematici omnes potestates ab universo populo Romano proficisci convenit; agr II 17. rectores: f. exercitus. significatio: f. denuntiatio. supplicia, quae a legibus

proficiscantur; inv II 138. — IV. (L. Lucullus) in Asiam quaestor profectus; Ac II 1.

profiteor, bekennen, gestehen, erklären, nennen, anbieten, antragen, zusagen, verheißen, angeben, anmelden: I. quod ex edicto professus non esset; Ver III 39. cum contra fecerint quam polliciti professique sint; leg II 11. recita, quot (aratores) anno tertio profiteantur; Ver III 120. — II, 1. de te tu videris, ego de me ipse profitebor; Phil II 118. nihil excipit, de quo non profiteatur; Ac II 73. — 2. ut apud eosdem decemviros, quantum habeat praedae, profiteatur; agr II 59. — 3. de qua (re) se non omnia profiteantur esse dicturos; de or I 103. magnum est onus suscipere atque profiteri se esse audiendum; de or I 116. quoniam hic, quod mihi deberetur || debetur ||, se exacturum professus est; Bru 19. aliqui se Thucydidios esse profitentur; orat 30. — III. ista tanta tamque multa profitenda non censeo; de or I 44. (philosophus) artem vitae professus; Tusc II 12. ut aratores iugera sationum suarum profiterentur; Ver III 38. talem medicinam philosophia profitetur; Tusc II 43. ut ad ea (signa) tollenda operam suam profiteretur; Ver II 85. cum tantas res Graeci susciperent, profiterentur, agerent; de or II 153. huic studio litterarum, quod profitentur ei, qui grammatici vocantur; de or I 10. ego tibi profiteor atque polliceor eximium et singulare meum studium in omni genere officii; ep V 8, 4. — IV. qui profitentur se dicendi magistros; de or III 92. tibi me profiteor in re publica socium; ep III 13, 2.

profligo, niederwerfen, vernichten, part. ruchlos: quanto tandem illum maerore esse adflictum et profligatum putatis? Catil II 2. expugnare urbes, aciem hostium profligare, sunt ea quidem magna; Rab Post 42. qui profligato bello ac paene sublato renovatum bellum gerere conamur; ep XII 30, 2. numquam me in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem; Arch 14. ita de me illum amentissimum et profligatissimum hostem pudoris scripsisse, ut . .; Sest 73. profligata iam haec et paene ad exitum adducta quaestio est; Tusc V 15. cum suis consiliis rem publicam profligasset; de or III 3.

profluens, Fluß: dum culleus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur; inv II 149.

profluenter, fließend: omnia profluenter, absolute, prospere, igitur beate; Tusc V 53.

profluentia, Hervorströmen, Fluß: hanc oratoriam vim inanis quaedam profluentia loquendi (imitatur); part or 81.

profluo, fließen, herausfließen, entspringen: ab his fontibus profluxi ad hominum famam; Cael 6. profluens quiddam habuit Carbo et canorum; de or III 28. permultis locis aquam profluentem (vidi), et eam uberem; Q fr III 1, 3. propter expeditam ac profluentem quodam modo celeritatem; Bru 220. genus orationis cum lenitate quadam aequabiliter || aequabili || profluens; de or II 64. genus sermonis non fusum ac profluens; de or II 159. si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare profluxisset; div I 100. illa sine intervallis loquacitas perennis et profluens; de or III 185.

profugio, entfliehen, sich flüchten: cum Philo cum Atheniensium optimatibus domo profugisset; Bru 306. qui (Mercurius) dicitur Aegyptum profugisse; nat III 56. si domo tua profugisset (praedonum dux); Ver V 77. scripsit filius se idcirco profugere ad Brutum voluisse, quod . .; A XV 21, 1. cum ex agris tres fratres consortes profugissent; Ver III 57. cum multi principes civitatis Roma profugerunt; Catil I 7.

profundo, vergießen, hervorströmen lassen, darbringen, äußern, preisgeben, part. verschwenderisch, unmäßig: I. dare, profundere oportere, si velis vincere; Ver III 155. — II. si totum se ille in me profudisset; A VII 3, 3. facilius sicut in vitibus revocantur ea, quae sese nimium profuderunt; de or II 88. nihil est in natura rerum omnium, quod se universum profundat et quod totum repente evolvat; de or II 317. quae ego si non profundere ac perdere videbor; ep V 5, 3. voces et palmarum intentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt; Sest 117. genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet; of I 103. intentus: f. clamorem. lacrimae se subito profuderunt; A XI 7, 6. quis tam perditus ac profusus nepos sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Naevius? Quinct 40. omne odium in me profudistis; Piso 16. qui non modo pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent; of I 84. qui sanguinem pro fortunis populi Romani profudissent; Phil XIV 38. quam profusis sumptibus (vixerint), longum est dicere mihi; Cluent 36. omnes profudi vires animi atque ingenii mei; A I 18, 2. si vitam pro tua dignitate profundam; ep I 4, 3. f. pecuniam. voces: f. clamorem. qui (umores) a renibus profunduntur; nat II 137.

profundus, tief, unergründlich, bodenlos, n. Tiefe, Meerestiefe, Abgrund: A. cum partim eius praedae profundae libidines devorassent; Piso 48. ut mare profundum (effervescit); Planc 15. — B. in profundo veritatem esse demersam; Ac I 44. iecissem ipse me in profundum; Sest 45. qui sint in profundo; fin IV 64.

progenies, Nachkommenschaft, Nachkommen: I. qui (viri) se progeniem deorum esse dicebant; Tim 38. — II, 1. quae (statua) multos per annos progeniem eius honestaret; Phil IX 5. virtutem et sapientiam regalem, non progeniem quaeri oportere; rep II 24. — 2. Priamum tanta progenie orbatum; Tusc I 85. — 3. quae (antiquitas) quo propius aberat ab ortu et divina progenie; Tusc I 26.

progigno, hervorbringen, erzeugen: qui illud lumen progenuit; of III 66. quae (res) ex iis (seminibus) progignuntur; div I 128.

prognostica, Wetterzeichen: I. equidem etiam pluvias metuo, si Prognostica nostra vera sunt; A XV 16, a. — II. Prognostica mea propediem exspecta; A II 1, 11. his rerum praesensionibus Prognostica tua referta sunt; div I 13. — III. prognosticorum causas persecuti sunt et Boëthus Stoicus et noster etiam Posidonius; div II 47.

progredior, fortschreiten, vorgehen, vorrücken: I. nihil adiuvat procedere et progredi in virtute, quo minus miserrimus sit; fin IV 64. — II. quid efficere aut quo progredi possent; orat 5. in quo tamen longius saepe progredimur; orat 112. neque ullius horum in ulciscendo acerbitas progressa ultra mortem est; Phil XI 1. progredientibus aetatibus quasi nosmet ipsos cognoscimus; fin V 41. quatenus amor in amicitia progredi debeat; Lael 36. estne aliquid ultra, quo crudelitas progredi possit? Ver V 119. sensim et pedetemptim progrediens extenuatur dolor; Tusc III 54. sic et nata et progressa longius eloquentia videtur; inv I 3. fratrem suum impulsu inimicorum suorum eo progressum esse; ep IX 25, 3. iudices longius, quam potestatem habeant, progressuros; inv II 81. ipsam per se naturam longius progredi; leg I 27. quae (ratio) conixa per se et progressa longius fit perfecta virtus; Tusc II 47. cum mihi ipsa Roma ad complectendum conservatorem suum progredi visa est; Piso 52. cum usus progrediens familiaritatem effecerit; fin I 69. — III. actor hic defensorque causae meae nihil progreditur; Sest 75.

progressio, Fortschritt, Zunahme, Wachstum: I. quod iter sit naturae quaeque progressio; fin IV 37. progressio (habet interdum vim); de or III 206.

— II. in qua (philosophia) quod inchoatum est neque absolutum, progressio quaedam ad virtutem appellatur; Ac I 20. si qua || quae || ad virtutem est facta progressio; of III 17. omnium virtutum et originem et progressionem persecuti sunt; fin IV 17.

progressus, Vorrücken, Fortschreiten, Fortschritt: I. quod in omni aeternitate conservat progressus et regressus reliquosque motus constantes et ratos; nat II 51. C. Caesar docuit ab excellenti virtute progressum aetatis exspectari non oportere; Phil V 47. progressum praecipitem, inconstantem reditum videt; A II 21, 3. — II. quae (ars) primo progressu festive tradit elementa loquendi; Ac II 92.

prohibeo, abhalten, zurückhalten, abwehren, verhindern, verwehren, verbieten, bewahren, schützen, sichern: I, 1. quae lex est recta ratio imperandi atque prohibendi; leg I 42. — 2. quam legem se augur dicit tulisse non modo tonante Iove, sed prope caelesti clamore prohibente; Phil V 8. — II, 1. di prohibeant, ne || ut || hoc praesidium sectorum existimetur! Sex Rosc 151. quem in locum prohibui ne venires; Caecin 66. — 2. necessitas ferendae condicionis humanae quasi cum deo pugnare prohibet; Tusc III 60. — 3. nihil prohibet quaedam esse cum bestiis homini communia; fin V 25. »censores caelibes esse prohibento«; leg III 7. hiemps || hiems || adhuc rem geri prohibuerat; ep XII 5, 2. — III. qui cum a praetore prohiberentur; Ver II 156. te non posse prohiberi re publica diutius; ep VI 6, 9. prohibete aditum matris a filii sanguine; Cluent 200. Q. Metellus aut opprimet hominem aut eius omnes motus conatusque prohibebit; Catil II 26. tueamur (eloquentiam) ut adultam virginem caste et ab amatorum impetu prohibeamus; Bru 330. prohibenda maxime est ira in puniendo; of I 89. magistratus templis pellebantur, alii omnino aditu ac foro prohibebantur; Sest 85. motus: f. conatus. qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt; A IV 3, 3. a quo periculo prohibete rem publicam; imp Pomp 19. sapientes nulla re impediri, nulla prohiberi; fin III 26. virginem: f. eloquentiam. — IV, 1. quod is Ephesi se quaestorem vi prohibitum esse dicebat, quo minus e fano Dianae servum suum abduceret; Ver I 85. — 2. qui Bibulum exire domo prohibuissent; ep I 9, 7. plura scribere fletu prohibeor; A XI 9, 3. de legatis a me prohibitis proficisci; ep III 9, 1. attuli sponsiones ab ipso prohibitas iudicari; Ver III 144.

prohibitio, Verhinderung, Verbot: 1. prohibitio tollendi vim adhibebat pactioni, non voluntatem; Ver III 37. — 2. quamquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit; fr B 2.

proicio, werfen, hinwerfen, wegwerfen, preisgeben, hervortreten lassen, ausstrecken, part. hervorragend, übermäßig, geneigt: (Verres) ad audendum proiectus; Ver I 2. vos ad pedes lenonis impurissimi proiecistis; Sest 26. si me a meis consiliariis proditum et proiectum vides; A III 19, 3. quorum eminet audacia atque proiecta est; Cluent 183. brachium procerius proiectum quasi quoddam telum orationis; de or III 220. videte hominis intolerabilem audaciam cum proiecta quadam et effrenata cupiditate; dom 115. iustitia foras spectat et proiecta tota est atque eminet; rep III 11. neque ego meam (libertatem) proiecissem; Rab Post 33. qui (Simonides) cum ignotum quendam proiectum mortuum vidisset; div I 56. quod parietis communis tegendi causa tectum proiceretur; Top 24. vitam suam numquam in periculum sine custodia proiciebat; Milo 56. quae (urbs) in utriusque portus ostium aditumque proiecta est; Ver IV 118.

proiectio, Ausstrecken: se ipse moderans brachii proiectione in contentionibus, contractione in remissis; orat 59.

proinde, daher, ebenso: I. proinde ordire; fat 4. proinde fac animum tantum habeas, quanto opus est . .; ep XII 6, 2. proinde isti licet faciant, quos volent, consules; A II 9, 2. — II. ut (philosophia) proinde, ac de hominum est vita merita, laudetur; Tusc V 6. proinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur; Milo 19. ut proinde, uti quaeque res erit, elaboremus || laboremus ||; inv II 175.

prolabor, hingeraten, hingerissen werden, entfallen, sinken: se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse; A I 17, 9. quibus (temporibus iuventus) ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda sit; div II 4. huc unius mulieris libidinem esse prolapsam; Cael 47. ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur; Font 28.

prolapsio, Ausgleiten: quibus (viis) illa (adulescentia) insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset; Cael 41.

prolatio, Erwähnung, Aufschub: I. exemplorum prolatio auctoritatem orationi adfert; orat 120. — II. ut alteri ad prolationem iudicii biduum quaereretur; Rabir 8.

prolato, aufschieben: id (malum) opprimi sustentando ac prolatando nullo modo potest; Catil IV 6.

prolecto, locken: homines egentes et leves spe legationis et viatico publico prolectat; Flac 18.

proles, Nachkommenschaft: I. si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes prodere; rep VI 23. — II. neque fugerim dicere „prolem“ aut „subolem“; de or III 153. f. **proletarius.**

proletarius, Bürger der untersten Klasse, Proletarier: eos, qui aut non plus mille quingentos aeris aut omnino nihil in suum || suum in || censum praeter caput attulissent, proletarios nominavit, ut ex iis quasi proles, id est quasi progenies civitatis, exspectari videretur; rep II 40.

prolixe, reichlich bereitwillig: ut hoc honoris nostri causa libenter, prolixe, celeriter facias; A XVI 16, 6. neque minus ei (Trebatio) prolixe de tua voluntate promisi; ep VII 5, 1. parum prolixe respondent Campani coloni; A VII 14, 2.

prolixus, reichlich, bereitwillig, gefällig, glücklich, günstig: Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum quam per me in Brutum; A VI 3, 5. cetera spero prolixa esse; A I 1, 2. in hoc officio sermonis nihil potuit esse prolixius; A VII 4, 2. interest nostra Plancum hoc animo libenti prolixoque facere; A XVI 16, 13. etsi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus; ep III 8, 8.

proludo, ein Vorspiel, eine Vorübung machen: ut ipsis sententiis, quibus proluserint, vel pugnare possint; de or II 325.

prolusio, Vorspiel: I. eius modi illa prolusio debet esse; de or II 325. — II. sin mecum in hac prolusione nihil fueris; div Caec 47.

proluvies, Überschwemmung: Romae et maxime † et Appia ad Martis mira † luvies || proluvies || ; Q fr III 7, 1.

promereor, sich verdient machen: I. homines tenues unum habent in nostrum ordinem promerendi locum; Muren 70. — II, 1. paratiores erunt et tamquam exercitatiores ad bene de multis promerendum; of II 53. — 2. si in promerendo, ut tibi tanti honores haberentur, fuisti omnium diligentissimus; Q fr I 1, 30.

promeritum, Verdienst, Schuld: I. levius se punitum, quam sit illius promeritum || ille promeritus || ; inv II 83. hoc maius est vestrum in nos promeritum, quod . .; Quir 8. — II vestra in nos universa promerita percensere numerando; sen 1.

promiscue, (promisce), ohne Unterschied, gemeinschaftlich: unum est aurium iudicium et promisce et communiter stultis ac sapientibus ab natura datum; Font 22. promiscue toto (campo Martio) quam

proprie parva frui parte malitis; agr II 85. ex quo promisce || promiscue || haurirent; de or III 72.

promissio, Versprechen: I. in quo debebat esse promissio auxilii alicuius; ep IV 13, 1. promissio; de or III 205. — II. Balbus venit missu Caesaris cum promissione provinciae; A. VIII 9, 4.

promissum, Verheißung, Versprechen: I. accedere promissum tuum, quo in litteris uteris; ep VI 17, 1. velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas; ep III 9, 3. omnia promissa confirmata, certa et rata sunt; ep VI 12, 1. — II, 1. confirmo: f. I. est. promissum potius non faciendum quam tam taetrum facinus admittendum fuit; of III 95. Τεῦκρις promissa patravit; A I 14, 7. persolvo: f. I. est. pacta et promissa semperne servanda sint; of III 92. ut optime meritis militibus promissa solvantur; ep XII 30, 4. — 2. cum eius promissis legiones fortissimae reclamassent; Phil V 22. satis est factum promisso nostro; Ver V 139. 3. utor f. accedit. — III. alqd: f. I est. isto exposito munus promissi omne confecero; part or 132. sponsor promissorum eius (reginae) Ammonius; A XV 15, 2. — IV, 1. promissis suis eum excitavit; Cluent 68. illis promissis standum non esse, quae coactus quis metu promiserit; of I 32. quasi voto quodam et promisso me teneri puto; A XII 18, 1. — 2. iter eius (Balbi) erat ad Lentulum consulem cum litteris Caesaris praemiorumque promissis; A VIII 11, 5.

promitto, versprechen, zusagen, zusichern, verheißen, geloben: I, 1. ille, cui promissum sit; of I 32. — 2. cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat; de or II 27. hic sine mea sententia tam facile promisit; de or II 28. quae inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? div II 38. — II, 1. si mihi alterum utrum de eventu atque exitu rerum promittendum esset; ep VI 1, 5. neque minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri; ep VII 5, 1. — 2. quibus M. Antonius urbem se divisurum esse promisit; Phil IV 10. tum illud tibi expertus promitto et spondeo, te socios Bithyniae memores esse cogniturum; ep XIII 9, 3. — III, 1. qui in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit; Top 22. — 2. ne videar ipse a me aliquid promisisse; de or I 111. di faxint, ut faciat ea, quae promittit! A XVI 1, 6. f. II. donum regale tibi dicatum atque promissum; Ver V 184. pecuniam argentario promittit Aebutius; Caecin 16. his praemia sunt promissa; Phil XI 39. illis promissis standum non esse, quae coactus quis metu promiserit; of I 32. decem milia talentum Gabinio esse promissa; Rab Post 21. ne quis extra suum forum vadimonium promittere cogatur; Ver III 38.

promo, holen, herausnehmen, vorbringen, geben: est aliquid, quod ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque sumendum; de or I 59. cetera, quae tibi a multis prompta esse certo scio, a me sunt paratissima; ep IV 13, 6. ex quibus (locis) argumenta promuntur; de or II 131. (loci) sunt eae quasi sedes, e quibus argumenta promuntur; Top 7. promenda tibi sunt consilia; A IX 18, 2. ut quosdam hinc libros promerem; fin III 8. cum tibi senatus ex aerario pecuniam prompsisset; Ver III 195.

promoneo f. **praemoneo.**

promoveo, vorrücken, vorziehen: quae appellemus vel „promota" et „remota" vel „praeposita"; fin III 52. in balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi; Q fr III 1, 2.

prompte, freimütig: dicam paulo promptius; Ver II 176.

promptus, sichtbar, schnell, bereit, geneigt, entschlossen: A. sunt ea, quae sunt eminentia et prompta, sumenda; de or III 215. te hilari animo esse et prompto ad iocandum; Q fr II 11 (13), 1. Galli promptam et paratam in agendo et in respondendo celeritatem subtilitate superavit; Bru 154. cuius sit ita prompta fides; Caecin 78. sponsione me homo promptus lacessivit; Piso 55. alacri et prompto ore atque vultu; de or I 184. — B. altera (admonitione) prompta et aperta iudicari || indicari ||; fin I 30.

promptus, Sichtbarkeit, Bereitschaft: hoc fere tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri; Tusc III 55. ut non recondita quadam ratione (decorum) cernatur, sed sit in promptu; of I 95.

promulgatio, Bekanntmachung: I. subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quae nostra studia impediret; ep I 5, a, 2. ubi promulgatio trinum nundinum? Phil V 8. — II. leges alias sine promulgatione sustulit; Phil II 109.

promulgo, anschlagen, veröffentlichen, bekannt machen: I. promulgantibus omnibus *magistratibus* || octo tribunis ||, te ferente consule; ep I 9, 16. — II, 1. de meo reditu octo tribuni promulgaverunt; Sest 69. f. III. — 2. hoc tribunus plebis promulgare ausus est, ut, quod quisque possidet, id eo iure teneret, *quo* . . ? agr III 11. — III. alqd: f. II, 2. cum tribuni plebi legem iniquissimam de eorum agris promulgavissent; ep XIII 4, 2. C. Cato legem promulgavit de imperio Lentulo abrogando; Q fr II 3, 1. qui de Caesare monstra promulgarunt; Q fr II 4, 5 (6, 3). promulgarisne quaestionem de tot amplissimis viris; Vatin 26. ex senatus consulto consules rogationem promulgasse; A I 13, 3.

promulsis, Vorgericht: I. neque est, quod in promulside spei ponas aliquid; ep IX 16, 8. — II. quem (virum) tu es solitus promulside conficere; ep IX 20, 1.

promunturium, Vorgebirge: I. ad Leucopetram, quod est promunturium agri Regini; Phil I 7. — II, 1. in flectendis promunturiis; div II 94. — 2. in promunturio fanum est Iunonis antiquum; Ver IV 103.

pronepos, Urenkel: 1. avi tui pronepos scribit ad patris mei nepotem; A XVI 14, 4. — 2. es M. Lepidus, M. Lepidi, pontificis maximi, pronepos; Phil XIII 15. Iovis iste pronepos; Tusc III 26.

Pronoea, Vorsehung: isto spatio quaero cur Pronoea vestra cessaverit. laboremne fugiebat? nat I 22.

pronuntiatio, Ausspruch, Satz, Richterspruch, Vortrag: I. pronuntiatio est ex verborum et rerum dignitate vocis et corporis moderatio; inv I 9. quid est, cur non omnis pronuntiatio aut vera aut falsa sit? fat 26. — II. Oppianico lege et pronuntiatione nondum condemnato; Cluent 56.

pronuntiator, Erzähler: Thucydides rerum gestarum pronuntiator sincerus et grandis etiam fuit; Bru 287.

pronuntio, ausrufen, aussprechen, verkünden, versprechen, bekannt machen, angeben, entscheiden, einen Richterspruch fällen: I. (P. Clodium) pronuntiare solitum esse et non dare; A I 16, 13. — II, 1. quarum adeo omnium (virtutum) sententia (ratio) pronuntiabit primum de voluptate, nihil esse ei loci; fin II 37. — 2. pronuntiat, quid sibi imperatum esset; Ver IV 51. — 3. ut ea non esse facta, sed ut „videri" pronuntiarentur; Ac II 146. — 4. pronuntias Netinos frumentum dare non debere; Ver V 56. f. 1. — III. cum consules re audita AMPLIUS de consilii sententia pronuntiavissent; Bru 86. eo loco et Prognostica nostra pronuntiabas et genera herbarum, scammoniam aristolochiamque radicem; div II 47. si praeco decumas pronuntiavit; Ver III 40. ita sunt aperte pronuntiata (futura); Phil IV 10. genera, al.: f. aristolochiam. qui (praecones) cum eorum (victorum) nomina magna voce pronuntiarint; ep V 12, 8. ut

(Chaldaei, divini) ita sua percepta pronuntient: „si quis" . .; fat 15. quam (pecuniam) pro reo pronuntiasset; Cluent 78. ut eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis pronuntiarem; de or I 154. qui (Demosthenes) summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat; de or I 261. — IV. qui (Servilius) cum gratia effecisset, ut sua sententia prima pronuntiaretur; ep X 12, 3.

pronus, geneigt, schräg: A. quarta anxitudo prona ad luctum et maerens; rep II 68. si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino; div I 120. — B. nihil habent haec duo genera proni et supera semper petunt; Tusc I 42.

prooemium, Eingang, Vorrede, Vorspiel: I, 1. „de gloria" librum ad te misi; at in eo prooemium idem est, quod in Academico tertio. id evenit ob eam rem, quod habeo volumen prooemiorum. ex eo eligere soleo, cum aliquod σύγγραμμα institui; A XVI 6, 4. — 2. conexum ita sit principium consequenti orationi, ut non tamquam citharoedi prooemium adfectum aliquod, sed cohaerens cum omni corpore membrum esse videatur; de or II 325. — II, 1. adficio: ſ. I, 2. statim novum prooemium exaravi et tibi misi. tu illud desecabis, hoc adglutinabis; A XVI 6, 4. — 2. quoniam in singulis libris utor prooemiis; A IV 16, 2. — III. volumen: ſ. I, 1. — IV, 1. cum abs te caput illud mercennario prooemio esset ornatum; Ver I 111. — 2. cur de prooemiis et de epilogis et de huius modi nugis referti essent eorum libri; de or I 86. in his antiquitatum prooemiis; Ac I 8. de qua (gratia) suavissime quodam in prooemio scripsisti; ep V 12, 3.

propagatio, Verlängerung, Erweiterung, Fortpflanzung: I. religatio et propagatio vitium (me delectat); Cato 53. in qua (vita) nihil insit nisi propagatio miserrimi temporis; ep V 15, 3. eum finium imperii propagatio retinet; prov 29. quid propagatio nominis (significat), nisi . .? Tusc I 31. II. is (Pompeius) propagatione vitae quot hausit calamitates! Tusc I 86.

propagator, Verlängerer: ille (Pompeius) provinciae propagator; A VIII 3, 3.

propago, erweitern, ausdehnen, verlängern, hinzufügen, fortpflanzen: quid est aliud non solum propagare bellum, sed concedere etiam victoriam? Phil XII 13. ex quibus plura bona propagentur; Top 69. ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis; Muren 22. vera gloria radices agit atque etiam propagatur; of II 43. ut religio propaganda etiam est, sic . .; div II 149. quos si meus consulatus sustulerit, non breve nescio quod tempus, sed multa saecula propagarit rei publicae; Catil II 11. qui stirpem iam prope in quingentesimum annum propagavit; Phil I 13. propaganda suboles (tibi est); Marcel 23. tempus: ſ. saecula. cum homines sibi victu fero vitam propagabant; inv I 2.

propago, Ableger: viviradices, propagines nonne || ea || efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? Cato 52.

propalam, öffentlich: neque tabulis et signis propalam conlocatis; de or I 161.

propatulus, frei, offen: in aperto ac propatulo loco signa duo sunt; Ver IV 110.

prope, nahe, nahe bei, nahe an, nächstens, kürzlich, fast, beinahe: A. **Präposition:** I. utinam propius te accessissem! A XI 13, 2. cum plebes prope ripam Anionis || Anienis || ad tertium miliarium consedisset; Bru 54. quod prope muros hostes castra haberent; inv II 123. exercitum habere quam proxime hostem; A VI 5, 3. ut non modo prope me, sed plane mecum habitare posses; ep VII 23, 4. quare nihil esset necesse quam proxime Italiam esse; A III 14, 2. cum proxime Romam venisti; ep V 2, 4. — II. ſ. **propediem, prope modum.** video huic noctem prope urbem exspectandam (fuise); Milo 52.

B. **Adverb:** I. quoniam propius abes; A I 1, 2. quod ad numeros proxime accedit; orat 198. in qua (re) propius ad deorum numen virtus accedat humana; rep I 12. ei proxime adiunctus C. Drusus frater fuit; Bru 109. ut terram lunae cursus proxime ambiret; Tim 29. propius a terra Iovis stella fertur; nat II 52. apud socrum tuam prope a meis aedibus sedebas; Piso 26. volebam prope alicubi esse; ep IX 7, 1. quo propius (Brutus) est; ep XII 4, 2. — II. quae paulo arte praecepta dedimus ambigui quaeque proxime sententiae et scripti; part or 137. qui censores proxime fuerunt; Cluent 117. interitus exercituum, ut proxime trium, saepe multorum; of II 20. quo (tempore) proxime fuimus una; ep VII 3, 1. quas (litteras) proxime ad te dedi; A XI 10, 2. — III. quid haec perficere potest necessitudinis distributio? prope dicam, plurimum; inv II 171. ut veniret Lampsacum cum magna calamitate et prope pernicie civitatis; Ver I 63. prope annum domi tuae piratae fuerunt; Ver V 76. me uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi; Arch 3. qui (Demosthenes) abhinc annos prope trecentos fuit; div II 118. ad quem prope iam delatum existimatur; ep I 5, a, 3. non possum ego non aut proxime atque ille aut etiam aeque laborare; ep IX 13, 2. propius nihil est factum, quam ut (Cato) occideretur; Q fr I 2, 15. propius factum esse nihil; A X 4, 8. (ambulatiuncula) prope dimidio minoris constabit; A XIII 29, 2. — IV. quid iudicant sensus? dulce amarum, leve asperum, prope longe; fin II 36.

propediem, nächstens: de te propediem impetrabit; ep IV 13, 5. harum litterarum vis quanta fuerit, propediem iudicabo; ep XIII 6, 5. propediem te videbo; ep II 12, 3. verum haec propediem et multa alia coram; ep XII 1, 2.

propello, treiben, forttreiben: si paulo etiam longius L. Caecilium pietas propulisset; Sulla 64. an eam (orationem) paululum dialecticorum remis propellerem; Tusc IV 9.

prope modum, beinahe, fast: I. ut iam prope modum appareat multitudo deorum; nat II 59. de verbis componendis et de syllabis prope modum dinumerandis et dimetiendis loquemur; orat 147. — II. aequales prope modum fuerunt; Bru 182. quaestura utriusque prope modum pari momento sortis fuit; Muren 18.

propendeo, hinneigen, das Übergewicht haben: ut is inclinatione voluntatis propendeat in nos; de or II 129. si multo maiore et graviore ex parte bona propendent; Tusc V 86. si (iudices) se dant et sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent; de or II 187.

propensio, Neigung, Gewicht: nulla in re nisi in virtute aut vitio || [aut v.] || propensionem ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse; fin IV 47.

propensus, geneigt, sich hinneigend, sich nähernd, überwiegend: A. ne propensior ad turpem causam videar; A VII 26, 2. quae (causa) quoniam utro accessit, id fit propensius; par 24. coram et quidem propenso animo ad probandum; A XIII 21, a. 4 (7). propensior benignitas esse debebit in calamitosos; of II 62. cuius (Lucilii) disputatio tibi ipsi ad veritatem est visa propensior; div I 9. tua voluntas fuit ad lenitatem propensior; Phil VIII 1. — B. ut a propensis in hanc partem vehementer et colamur et amemur; Q fr II 15 (16), 1.

properatio, Eilfertigkeit: ad properationem meam quiddam interest non te exspectare, dum . .; ep V 12, 2.

propero, eilen: I, 1. erat nihil, cur properato opus esset; Milo 49. — 2. cum in campum properaret (Scaevola); de or I 166. inde ventis, remis in patriam omni festinatione properavi; ep XII 25, 3.

ut Romam protinus pergas et properes; Q fr I 3, 4. haec properantes scripsimus; A IV 4. magna haec, sed ad maiora properat oratio; Phil V 38. — II, 1 quod propero audire de te; Bru 232. (Hortensius) properavit rem deducere in iudicium; A I 16, 2. Varroni quae scripsi ita propero mittere, ut . .; A XIII 21, a, 1 (21, 4). quamquam rationes deferre referre || properarim; ep V 20, 2. — 2. hunc ut sequerer, properavi; Phil I 10.

propino, zutrinken: adridens (Theramenes) „propino", inquit, „hoc pulchro Critiae"; Tusc I 96.

propinquitas, Nähe, Verwandtschaft: I, 1. si pietate propinquitas colitur; Quinct 26. propinquitas locorum ad utram partem profertur? Ver V 6. — 2. hoc praestat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benivolentia tolli potest, ex amicitia non potest; Lael 19. — 3. ea oportunitas (loci) quaeritur ex longinquitate, propinquitate; inv I 38. tollo ex: f. 2. — II, 1. qui Aricinum tanto opere despicit propinquitate paene finitimum municipium; Phil III 15. — 2. nimis imminebat propter propinquitatem Aegina Piraeo; of III 46.

propinquus, nahe, benachbart, nahe bevorstehend, verwandt: A. exauditus in agro propinquo est strepitus armorum; har resp 20. cuius ego industriae faveo propter propinquam cognationem; Ligar 8. videtur mihi res in propinquum adducta discrimen; ep V 21, 3. in augurum precatione Tiberinum, Spinonem, alia propinquorum fluminum nomina videmus; nat III 52. eadem te hora consilium cepisse hominis propinqui fortunas funditus evertere; Quinct 53. qui (Hector) moriens propinquam Achilli mortem denuntiat; div I 65. quem ad modum vos propinquis vestris praediis maxime delectamini; Ver II 7. erat spes propinqui reditus; A IX 15, 3. abutimur verbis propinquis; orat 94. Albae constiterunt, in urbe propinqua; Phil IV 6. — B, a, I. pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus eius imperatoris; Milo 9. cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares; of I 57. veniunt Syracusas parentes propinquique miserorum adulescentium; Ver V 108. — II, 1. sine summo scelere P. Quinctium, propinquum tuum, iugulare non potes; Quinct 44. — 2. graves dolores inventi parentibus et propinquis; Ver V 119. — 3. cum eius filio hereditas a propinquo permagna venisset; Ver I 27. — III. magis fugiendam censet amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum quam facere cuiquam iniuriam; of III 26. ipsius Sex. Naevii manum prehendit in propinquorum bonis proscribendis exercitatam; Quinct 97. pro me non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata; sen 37. Annaea de multorum propinquorum sententia, pecuniosa mulier, fecit heredem filiam; Ver I 111. artior conligatio est societatis propinquorum; of I 53. — IV. cum (Regulus) retineretur a propinquis et ab amicis; of I 39. — b. si virgo Vestalis, huius propinqua, locum suum gladiatorium concessit huic; Muren 73. — c. audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum; inv II 165.

propior, proximus, nahe, ähnlich, verwandt, vorige, folgende: A. duobus summis, Crasso et Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo intervallo tamen proximus; Bru 173. cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse, quod et dicendi ardore eram propior et aetate coniunctior; Bru 317. proximus Pompeium sedebam; A I 14, 3. quod proximum fuit, (Epicurus) non vidit; fin II 4. sese in annum proximum transtulit; Milo 24. quae tandem esse potest propior certiorve cognatio? leg I 25. cum proximis comitiis consularibus me interficere voluisti; Catil I 11. si (dactylus) est proximus a postremo; orat 217. quem (Gabinium) proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset; ep I 9, 20. sum ex proximo vicini fundo deiectus; Caecin 82. proxima hostia litatur saepe pulcherrime; div II 36. quantam laudem consecutus sis; mihi crede, proximam Planco; ep X 25, 1. priusquam tuas legi has proximas litteras; ep VII 23, 4. conclave proxima nocte corruit; div I 26. nos alium portum propiorem huic aetati videbamus; A XIV 19, 1. hunc (Pisistratum) proximo saeculo Themistocles insecutus est; Bru 41. propior (societas) eorum, qui eiusdem civitatis (sint); of III 69. et ultimi temporis recordatione et proximi memoria; prov 43. — B, a, I. intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit; Q fr I 4, 1. — II, 1. consolemur eorum proximos; Phil XIV 34. — 2. quos (honores) cum proximis communicavit; Piso 70. fructus ingenii tum maximus capitur, cum in proximum quemque confertur; Lael 70. — b. 1. propiora videamus; nat III 80. — 2. ut ad haec propiora veniam; Sest 13.

propitius, geneigt, günstig, gnädig: A. ita mihi omnes deos propitios velim; Ver V 37. quid dicam „(deus) propitius sit"? esse enim propitius potest nemini; nat I 124. patria propitia sit; A II 9, 3. — B. iratum, propitium (oculi cognoscunt); nat II 145.

propola, Höker: panis et vinum a propola atque de cupa; Piso 67.

propono, hinstellen, aufstellen, anschlagen, angeben, darstellen, zeigen, darlegen, ankündigen, in Aussicht stellen, sich vornehmen, beabsichtigen, bestimmen: I. dicam deinceps, ut proposui, de periculo; Phil VII 16. — II, 1. proponi oportet, quid adferas, et quare ita sit, ostendere; de or II 177. priusquam illa conor attingere, proponam breviter, quid sentiam de universo genere dicendi; de or III 25. sic est propositum, de quo disputaremus; Tusc V 11. — 2. his idem propositum fuit, quod regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent; of I 70. — 3 omni huic sermoni propositum est, ut laborem et industriam (meam perspicias); Bru 318. f. 2. — 4. est propositum conligere eos, qui . .; Bru 137. cum sit his propositum non perturbare animos, sed placare potius; orat 65. — 5. illud, quod mihi in hac omni est oratione propositum, omnibus malis illo anno rem publicam esse confectam; Sest 53. — III. non potuisset accidere, ut unum genus esset omnium, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum; de or II 93. degredi ab eo, quod proposueris atque agas; de or II 311. C. Censorinus, quod proposuerat, explicans expedite; Bru 237. f. salutem. II, 2. 5. vgl. propositum. cum huius vobis adulescentiam proposueritis; Cael 79. neque proposito argento; de or I 161. quo facilius id, quod propositum est, summum bonum consequamur; fin I 57. magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse; Milo 32. spes commodi propositi multitudinem concitabat; Sest 105. cum esset haec ei proposita condicio, ut . .; Cluent 42. cum (Cato) semper in proposito susceptoque consilio permansisset; of I 112. minae Clodii contentionesque, *quae* mihi proponuntur, modice me tangunt; A II 19, 1. ut gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria, sic huic moderatori rei publicae beata civium vita proposita est; rep V 8. edicto adlato atque proposito; Phil V 28. ubi (edicta) proponuntur; A II 21, 4. si quidem ille ipse in publico proposuit epistulam illam; A VIII 9, 2. est illud quidem exemplum tibi propositum domi; Muren 66. qui sibi alios proposuerunt fines bonorum; fin V 57. quis umquam eius rei fraudem aut periculum proposuit edicto, quae . .? Ver I 107. quibus laus, merces, gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio; Flac 12. duobus propositis honestis utrum honestius sit; of I 161. qui impunitate et ignoratione omnium proposita

abstinere possit iniuria; of III 72. quae (iniuriae) propositae sunt a Catone; ep I 5, b, 2. propositi ex negotiatoribus iudices nulli; Ver II 34. laudem: ſ. gratiam. quoniam || cum || de religione leges proposueras; leg III 48. tanta mihi abs te mercede proposita; Q fr III 7, 1. ſ. gratiam. minas: ſ. contentiones. ut vitam miserrimam turpissima morte proposita degeret; Sulla 75. si eius (Gracchi) orationem mihi forte proposuissem; de or I 154. cum omnibus nobis in administranda re publica propositum esse debeat cum dignitate otium; ep I 9, 21. res erat in praesenti atque ante oculos proposito periculo; dom 11. ſ. fraudem. amplissimis eloquentiae propositis praemiis; de or I 16. quia legibus et praemia proposita sint virtutibus et supplicia vitiis; de or I 247. haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae; Rab Post 28. qui de omni re proposita in utramque partem solent copiosissime dicere; de or I 263. ut (maiores) in legibus scribendis nihil sibi aliud nisi salutem atque utilitatem rei publicae proponerent; inv I 68. ſ. cursum. ex interitu eius (rei publicae) nullam spem scilicet mihi proponebam, ex reliquiis magnam; ep XV 15, 1. ſ. causam. supplicia: ſ. praemia. nobis opus est eorum ventorum, quos proposui, moderator; ep II 6, 4. versibus propositis quam maxime gravibus; de or I 154. victoriam, vitam: ſ. cursum. utilitatem: ſ. causam, salutem.

proportio, Ebenmaß, Verhältnis: I. id optime adsequitur, quae Graece ἀναλογία, Latine comparatio proportiove d i c i potest; Tim 13. — II. ut deus ea inter se compararet et proportione c o n i u n g e r e t; Tim 15.

propositio, Vorstellung, Angabe, Satz, Thema, Vordersatz: I, 1. quae propositio in se quiddam c o n t i n e t perspicuum; inv I 62. quas illi duas partes numerent, propositionem et approbationem, sibi unam partem videri, propositionem; quae si approbata non sit, propositio non sit argumentationis; inv I 60. est quaedam argumentatio, in qua propositio non indiget approbationis, et quaedam, in qua nihil valet sine approbatione; inv I 62. huiusne vitae propositio et cogitatio aut Thyestem levare poterit aut Aeetam? Tusc III 39. neque propositionem absolutam neque adsumptionem sibi perfectam videri, quae approbatione confirmata non sit; inv I 60. propositio, quid sis dicturus; de or III 203. — 2. v i d e o r: ſ. 1. est. — II, 1. a b s o l v o, confirmo: ſ. I, 1. videtur. approbo, numero: ſ. I, 1. est. cum propositio ex se intellegitur; inv I 70. si qui aut adsumptionem aliquando tolli posse putent || putet || aut propositionem; inv I 75. — 2. separatum est quiddam || separata est || a propositione approbatio; inv I 62. — III. propositionis a p p r o b a t i o n e praeterita; inv I 70. quod ostendere velis, id ex vi propositionis oportere adsumere; inv I 59. — IV. magnificentia est rerum magnarum c u m animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio; inv II 163.

propositum, Vorsatz, Satz, Thema, Hauptsache: I. [est] propositum quasi pars causae; part or 61. propositum pars est causae; Top 80. — II, 1. quo propositum a d s e q u a t u r; fin III 22. propositum in aliquo eorum (cernitur) aut in pluribus; Top 80. haec habet proposita; Phil X 23. infinitum (genus est), quod θέσιν illi (Graeci) appellant, nos propositum possumus nominare; Top 79. alterum (quaestionum genus) infinitum nullis neque personis neque temporibus notatum propositum voco; part or 61. — 2. a b e r r a m u s a proposito; fin V 85. prius de proposito dicamus: cuius genera sunt duo, cognitionis alterum, alterum actionis; part or 62. ut egrederetur a proposito ornandi causa; Bru 82. ad propositum revertamur; of II 35. — III, 1. g e n e r a: ſ. II, 2. dico de. — 2. d e c l i n a t i o brevis a proposito; de or III 205. reditus ad propositum; de or III 203. — IV. est i n proposito finis fides; part or 9.

propraetor, Proprätor: I. quam multi anni sunt, cum bella a proconsulibus et a propraetoribus administrantur, qui auspicia non h a b e n t! div II 76. — II. quae (litterae) sunt a consulibus et a propraetore missae; Phil XIV 6. ſ. I.

proprie, eigentlich, besonders, ausschließlich, ausdrücklich, persönlich, eigentümlich: quae (crimina) in hunc proprie c o n f e r u n t u r; Cael 30. quam scienter, quam proprie de uno quoque (historico) dixit! de or II 59. proprie in rebus invenire, in verbis eloqui dicitur; part or 3. promiscue toto (campo Martio) quam proprie parva frui parte malitis; agr II 85. (nomen hostis) a peregrino recessit et proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit; of I 37. id est proprie tuum; ep IX 15, 1. meam causam omnes boni proprie susceperant; Sest 38. quae (persona) proprie singulis est tributa; of I 107.

proprietas, Eigentümlichkeit: I. singularum rerum singulas proprietates e s s e; Ac II 56. — II. notio e x p l i c a n d a est et proprietas; Top 83. proprietas sic (quaeritur): in hominemne solum cadat an etiam in beluas aegritudo; Top 83. — III. quin definitio genere d e c l a r e t u r et proprietate quadam; part or 41.

proprius, eigen, angehörig, eigentümlich, eigenartig, persönlich: A. P a n u r g u m tu proprium Fanii dicis fuisse; Q Rosc 28. quod huius imperii disciplinaeque maiorum proprium est; Catil I 1?. id est cuiusque proprium, quo quisque fruitur atque utitur; ep VII 30, 2. vgl. B. propriis et suis argumentis et admonitionibus tractanda quaeque res est; Tusc V 19. ut cum Gigantibus, (di) sua propria bella gesserunt; nat II 70. eum adsumpto aliunde uti bono, non proprio nec suo; de or II 39. A. Caecinam, maxime proprium clientem familiae vestrae; ep XIII 66, 1. quod crimen erat proprium illius quaestionis; Cluent 97. id mihi videbitur Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse; de or I 44. non debes aut propriam fortunam et praecipuam postulare aut communem recusare; ep IV 15, 2. viri propria maxime est fortitudo; Tusc II 43. quae sit propria laus Atticorum; orat 24. populi Romani est propria libertas; Phil VI 19. requisivi equidem proprias ad me unum || a te litteras; ep XII 30, 3. locus iis etiam naturis, quae sine animis sunt, suus est cuique proprius; nat I 103. cetera ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror; de or I 262. quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur; of I 37. propria veri, non communi veri et falsi nota; Ac II 33. officium: ſ. munus. illa oratorum propria et quasi legitima opera; Bru 82. esse eius rei signum proprium, qua de agitur, ut cruorem caedis; inv I 81. ornandi causa proprium proprio commutatum (est verbum); de or III 167. — B, I. qui (philosophi) omnia sicut propria sua e s s e atque a se possideri volunt; de or I 217. quod est epistulae proprium, ut is certior fiat; Q fr I 1, 37. vgl. A. alqd. — II. nullum erit iudicium, quia proprium communi signo n o t a r i non potest; Ac II 34.

propter, neben, daneben, nahe bei, nahe, wegen, aus, durch: A. **Präposition:** I, 1. in pratulo propter Platonis statuam c o n s e d i m u s; Bru 24. bacillum propter me ponitote; Tusc I 104. quod est litus propter ipsum introitum atque ostium portus; Ver V 80. — 2. quartus (Vulcanus) Memalio natus, qui tenuit i n s u l a s propter Siciliam; nat III 55. — 3. quem propter (Arietem) »Pisces«; nat II 111. haec (Corona) a tergo, propter caput autem Anguitenens; nat II 108. — II, 1. hae sordes susceptae sunt propter unum m e; Sest 145. incendere

illa coniuratorum manus voluit urbem, vos eius domum, quem propter urbs incensa non est; Piso 15. quos propter omnia amisimus; A X 4, 1. — 2. propter tuum in me amorem nostramque necessitudinem vehementer confidit . .; ep I 3, 1. fieri omnia illa propter argentum; Ver IV 40. eam suspicionem propter hanc causam credo fuisse, quod . .; Bru 100. ut frangerer animo propter vitae cupiditatem; Phil II 37. cuius propter fidem et religionem iudicis testes compararit || comparabat ||; Q Rosc 45. quem (Tironem) propter humanitatem et modestiam malo salvum quam propter usum meum; A VII 5, 2. ut homines propter iniurias licentiamque decumanorum mortem sibi ipsi consciverint; Ver III 129. a quo erant ipsi (equites) propter iudicia abalienati; de or II 199. licentiam: f. iniurias. quod propter eius ingenii magnitudinem vellem; de or I 233. iam diu propter hiemis magnitudinem nihil ad nos novi adferebatur; ep II 14. modestiam: f. humanitatem. necessitudinem: f. amorem. non vos tam propter iuris obscuram dubiamque rationem bis iam de eadem causa dubitasse quam . .; Caecin 6. religionem: f. fidem. si propter alias res virtus expetitur; leg I 52. qui (conventus Capuae) propter salutem illius urbis consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit; Sest 9. regiones omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantes; Tusc I 45. usum: f. humanitatem.

B. **Adverb:** I. gladium propter appositum e vagina eduxit; nat II 14. cum duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent; Sex Rosc 64. si (caules) propter sati sint; nat II 120. qui tum consulto propter in occulto stetissent; Cluent 78. — II. »propter Aquarius obscurum dextra rigat amnem«; fr H IV, a, 417.

propterea, deswegen, deshalb: I. neque, quod quisque potest, id ei licet, nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur; Phil XIII 14. cum homines bestiaeque hoc calore teneantur et propterea moveantur ac sentiant; nat II 31. — II. diligi iucundum est propterea, quia tutiorem vitam efficit; fin I 53. quodsi is esset Panaetius, qui virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset; of III 12. cum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram; ep IX 18, 1. haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero ignosceret; Ligar 8.

propudium, Schandbube: quos optimos viros interemit propudium illud et portentum, L. Antonius; Phil XIV 8.

propugnaculum, Schutzwehr, Schutz, Bollwerk: I. duo propugnacula belli Punici, Cn. et P. Scipiones, cogitassene videntur . .? par 12. — II, 1. lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula tranquillitatis atque otii; Piso 9. domus ut propugnacula et praesidium habeat, Philotimo dicetis; ep XIV 18, 2. — 2. ut propugnaculo ceteris posset (illa navis) esse; Ver V 89.

propugnatio, Verteidigung: I. ne mea propugnatio ei potissimum defecisse videatur; Sest 3. — II. suscepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis; ep V 8, 1. — III. propter tuam propugnationem salutis meae; ep I 9, 2.

propugnator, Kämpfer, Verfechter, Verteidiger: I, 1. Mucius, quasi patrimonii propugnator, quid attulit, quod . .? de or I 244. — 2. alter fuit propugnator mearum fortunarum, C. Piso; sen 38. — II, 1. senatum rei publicae propugnatorem conlocaverunt; Sest 137. de Cn. Pompeio, propugnatore et custode imperii, interficiendo consilia inibantur; dom 129. — 2. spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur; Sest 103. — III. classis inops propter dimissionem propugnatorum; Ver V 86.

propugno, kämpfen, streiten: ut non oppugnare commoda patriae, sed pro his propugnare possit; inv I 1. cum pro mea salute acerrime propugnaret; ep XI 16, 2. non (bestiae) pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? Tusc V 79. eam (fortitudinem) virtutem esse propupnantem pro aequitate; of I 62.

propulso, abwenden, abwehren: quo usque tantum bellum privatis consiliis propulsabitur? Phil III 3. per quam (vindicationem) vim et contumeliam defendendo aut ulciscendo propulsamus a nobis; inv II 66. frigus, famem propulsare possimus necne possimus; fin IV 69. extra propulsandorum hostium causam; rep III 35. ut inimicorum impetus propulsare possim; Muren 2. cum a sociis et a se iniuriam propulsaret; Planc 34. omnes ad pericula propulsanda concurrimus; Muren 45. qui ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur; Phil X 18. vim: f. contumeliam.

propylaea, Vorhof: quod (Pericles) tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit; of II 60.

prora, Schiffsvorderteil: 1. quid tam in navigio necessarium quam latera, quam prora, quam puppis? de or III 180. — 2. mihi „prora et puppis", ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares; ep XVI 24, 1.

proripio, fortreißen, hervorstürzen: quod adulterium, quod stuprum, quae libido non se proripiet ac proiciet? fin II 73. cum repente hominem proripi iubet; Ver V 161. libidinem, al.: f. adulterium.

prorogatio, Aufschub: ego vero utar prorogatione diei; A XIII 43.

pugnus, Faust: I. cum (Zeno) compresserat digitos pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse; orat 113. etiam si (pugiles) pugnos et plagas Olympiorum cupidi ferre possunt; Bru 243. — II. rhetoricam palmae, dialecticam pugni similem esse (Zeno) dicebat; fin II 17. — III. ibi cum pugnis et calcibus concisus esset; Ver III 56. quoniam verbis inter nos contendimus, non pugnis; par 23.

pulchellus, hübsch: (Bacchae) pulchellae sunt; ep VII 23, 2. „audiamus", inquit, „pulchellum puerum", Crassus; de or II 262. surgit pulchellus puer; A I 16, 10.

pulcher (pulcer), schön, vortrefflich, herrlich, rühmlich, glücklich: A. propino hoc pulchro Critiae: Tusc I 96. nihil esse in ullo genere tam pulcrum, quo non pulcrius id sit, unde illud exprimatur: orat 8. pulcherrima illa carent amicitia; Lael 80. classe populi Romani pulcherrima amissa; Ver V 67. qui illud eximium ac pulcherrimum donum in Capitolium adferrent; Ver IV 64. etsi satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat; Phil II 114. quod ea forma neget ullam esse pulchriorem Plato; nat I 24. loquor de tuo clarissimo pulcherrimoque monumento; Ver IV 69. tot praedia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo relegationis gratia colenda tradiderat? Sex Rosc 43. praetor ne pulchrum se ac beatum putaret; Muren 26. signum (est) Apollinis pulcherrimum et maximum; Ver IV 119. cum praesertim deum pulcherrima specie decebat esse; nat I 26. quos si titulus hic delectat insignis et pulcher; Tusc V 30. quam urbem pulcherrimam florentissimamque esse voluerunt; Catil II 29. — B. fas nec est nec umquam fuit nisi pulcherrimum facere ei, qui esset optimus; Tim 10. ea honesta, ea pulchra, ea laudabilia, illa autem superiora naturalia nominantur; fin IV 58.

pulchre, schön, vortrefflich, herrlich: nihil est aliud pulchre et oratorie dicere nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere; orat 227. simulacrum Iovis Imperatoris pulcherrime factum nonne abstulisti? Ver IV 128. re publica pulcherrime gesta; Phil XIV 24. proxima hostia litatur saepe pulcherrime; div II 36. pergit in me maledicta, quasi vero ei pulcherrime priora processerint: Phil XIII 40. deum nihil aliud nisi „mihi pulchre est" et „ego beatus sum" cogitantem; nat I 114.

pulchritudo (pulcritudo), Schönheit, Trefflichkeit, Herrlichkeit, Pracht: I. quanta maris est pulchritudo! nat II 100. — II, 1. si illam praeclaram et eximiam speciem oratoris perfecti et pulcritudinem adamastis; de or III 71. cum valetudinem, pulchritudinem commodas res appellet, non bonas; leg I 55. numquam illam, quam expetet, pulchritudinem con-

sequetur; Tim 4. ut excellentem muliebris formae pulcritudinem imago contineret; inv II 1. fama popularis simulatione honestatis formam eius (gloriae) pulchritudinemque corrumpit; Tusc III 4. expeto: f consequor. haec tantam (habent) pulchritudinem, ut nulla species ne cogitar :quidem possit ornatior; de or III 179. in quibus (primis naturae) numerant pulchritudinem; fin V 18. — 2. ex omni pulchritudine virtutis vim divinam mentis agnoscito; Tusc I 70. — III, 1. cum pulchritudinis duo genera sint; of I 130. qui pulcritudinis || pulchr. || habere verissimum iudicium debuisset; inv II 3. — 2. eius esse filiam mulierem eximia pulchritudine; Ver I 64. — IV, 1. quanto colorum pulcritudine et varietate floridiora sunt in picturis novis pleraque quam in veteribus! de or III 98. ut (illud) sua pulchritudine esset specieque laudabile; fin II 49. — 2. de quorum urbis possessione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est; Flac 62.

puleium, Polei: I. puleium aridum florescere brumali ipso die; div II 33. — II. ad cuius (Leptae) rutam puleio mihi tui sermonis utendum est; ep XVI 23, 2.

pullarius, Hühnerwärter: I. pullarius diem proelii committendi differebat; div I 77. — II. iubet decemviros habere pullarios; agr II 31. attulit in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius; div II 72. — III. oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu; ep X 12, 3.

pullus, Junges, junges Tier, Huhn: I. praeclara auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur! div I 77. etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent; div II 20. — II. plures iam pavones confeci quam tu pullos columbinos; ep IX 18, 3. Coracem patiamur pullos suos excludere in nido; de or III 81. cum cavea liberati pulli non pascerentur; nat II 7. — III. cum offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur; div II 72.

pullus, dunkelfarbig: quis (umquam) in funere familiari cenavit cum toga pulla? Vatin 31. cum esses cum tunica pulla; Ver V 40.

pulmo, Lunge: I. qui (pulmones) tum se contrahunt aspirantes, tum in respiritu || intrante spiritu || dilatant; nat II 136. quid habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus et proferat diem? div I 85. — II, 1. contraho, incido: f. I. — 2. quae spiritu in pulmones anima ducitur; nat II 138. a pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet; nat II 149.

pulpamentum, Zukost: mihi est pulpamentum fames; Tusc V 90.

puls, Brei: (avis) fame enecta si in offam pultis invadit || invasit ||; div II 73.

pulsatio, Schlagen: illam partem causae a M. Crasso peroratam de Alexandrinorum pulsatione Puteolana; Cael 23.

pulso, stoßen, schlagen, treffen, erregen, Eindruck machen: »validis aequor pulsabit viribus Auster«; fr H IV, a, 301. fac imagines esse, quibus pulsentur animi; nat I 107. cum (deus) sine ulla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna; nat I 114. lictores ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi; Ver V 142. qui tribunum pl. pulsaverit; Tul 47.

pulsus, Stoß, Schlag, Anregung, Eindruck: I. sive externus et adventicius pulsus animos dormientium commovet; div I 126. — II. intermisso impetu pulsuque remorum; de or I 153. — III. quod pulsu agitetur alieno; nat II 32. ut (animi) vigeant vigilantes nullo adventicio pulsu, sed suo motu; div II 139.

pulverulentus, staubig, bestäubt: »(Perseus) pulverulentus uti de terra elapsus repente«; fr H IV, a, 259. iter conficiebamus aestuosa et pulverulenta via; A V 14, 1.

pulvinar, Polster, Götterpolster: I. quaeris, placeatne mihi pulvinar esse; Phil II 111. — II, 1. cum Licinia, virgo Vestalis, aram et aediculam et pulvinar sub Saxo dedicasset; dom 136. — 2. qui pulvinaribus Bonae deae stuprum intulerit; har resp 8. quod et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum fides praecinunt; Tusc IV 4. — III. quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est; Catil III 23.

pulvinus, Kissen, Polster: I. in qua (lectica) pulvinus erat perlucidus Melitensis; Ver V 27. sella tibi erit in ludo tamquam hypodidascalo proxima; eam pulvinus sequetur; ep IX 18, 4. — II. (Crassum) pulvinos poposcisse; de or I 29.

pulvis, Staub, Ringplatz, Kampfplatz: I. si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat; inv I 47. — II, 1. eo loco pulvis, non glarea iniecta est; Q fr III 1, 4. — 2. qui (Archimedes) dum in pulvere quaedam describit attentius; fin V 50. educenda dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem; de or I 157. humilem homunculum a pulvere et radio excitabo, Archimedem; Tusc V 64. (Phalereus) processerat in solem et pulverem; Bru 37. — III. habes epistulam plenam festinationis et pulveris; A V 14, 3.

punctum, Punkt, Wahlstimme, Augenblick: I. punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat; Ac II 116. — II. detraho: f. III. alqd. quot in ea tribu puncta tuleris; Planc 54. nullo puncto temporis intermisso; nat I 52. — III. recordor, quantum hae conquestiones punctorum nobis detraxerint; Muren 72. terram ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi (mathematici) vocant; Tusc I 40. — IV, 1. ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi . .; ep VI 5, 3. — 2. qui haec olim punctis singulis colligebant; Tusc II 62. uno et eodem temporis puncto nati; div II 95. — 3. (hoc) fit ad punctum temporis; Tusc I 82.

pungo, stechen, quälen, kränken, verletzen: I. pungit dolor, vel fodiat sane; Tusc II 33. — II. extrema pagella pupugit me tuo chirographo; ep II 13, 3. (epistula) primo ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit; ep II 16, 1. solebat me pungere, ne Sampsicerami merita maiora viderentur quam nostra; A II 17, 2. intellexi, quid eum pupugisset || pepugisset ||; fr K 9. quod (vulnus) acu punctum videretur; Milo 65.

punio, punior (poenio, poenior), strafen, rächen: I, 1. est ulciscendi et puniendi modus; of I 33 (34). — 2. prohibenda maxime est ira in puniendo; of I 89. — II. quid esset iracundia, fervorne mentis an cupiditas poeniendi doloris; de or I 220. potuit sine tuo scelere illius factum puniri; inv I 18. quod vellet Graeciae fana poenire; rep III 15. cuius inimicissimum multo crudelius etiam poenitus es, quam erat humanitatis meae postulare; Milo 33. cum multi inimicos etiam mortuos poeniuntur; Tusc I 107. ut clarissimorum hominum crudelissimam poeniretur necem; Phil VIII 7. per quam (vindicationem) peccata punimur || punimus ||; inv II 66. id est magni viri, rebus agitatis punire sontes; of I 82.

punitor, punitio f. **poen** —

pupilla, Unmündige, Mündel, Waise: I. pupillos et pupillas certissimam praedam esse praetoribus; Ver I 131. — II. quod pupillo aut pupillae debeas; Top 46. eripies pupillae togam prsetextam, detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? Ver I 113. magno praesidio fuit Anniae pupillae mater; Ver I 153.

pupillus, verwaist, unmündig, Mündel (f.

pupilla): I, 1. quidam pupillum heredem fecit; pupillus autem ante mortuus est, quam in suam tutelam venit. de hereditate ea, quae pupillo venit, inter eos, qui patris pupilli heredes secundi sunt, et inter agnatos pupilli controversia est; inv II 62. pupillum Iunium praetextatum venisse in vestrum conspectum et stetisse cum patruo; Ver I 151. — 2. audit pupillum esse filium; Ver I 131. — II, 1. facio: f. I, 1. moritur. si olim, M. Catone mortuo, „pupillum“ senatum quis relictum diceret, paulo durius; sin, „ut ita dicam, pupillum“, aliquanto mitius; de or III 165. reliquit pupillum parvum filium; Ver I 130. — 2. cum pupillis Drepanitanis bona patria erepta cum illo partitus es; Ver IV 37. venio: f. I, 1. moritur. — 3. fundum Cymaeum Romae mercatus est de pupillo Meculonio; Flac 46. — III. agnati, pater: f. I, 1. moritur. a quo M. Marcelli tutoris in causa pupilli Iunii oratio repudiata est; Ver I 153. cum pupilli Malleoli tutor esset; Ver I 90.

puppis, Hinterteil des Schiffes, Schiff: I. mihi „prora et puppis“, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut . .; ep XVI 24, 1. — II, 1. »quin puppim flectis, Ulixes!« fin V 49. »post ipse (Canis) trahit claro cum lumine puppim«; fr H IV, a, 635. — 2. motum remigationis navem convertentis ad puppim; A XIII 21, 3. sedebamus in puppi et clavum tenebamus; ep IX 15, 3. — III. basis trianguli, quam efficiunt grues, ea tamquam a puppi ventis adiuvatur; nat II 125. conscende nobiscum, et quidem ad puppim; ep XII 25, 5.

pupula, Pupille, Augenstern: palpebrae aptissime factae et ad claudendas pupulas et ad aperiendas; nat II 142. acies ipsa, qua cernimus, quae pupula vocatur, ita parva est, ut . .; nat II 142.

pure, rein, unbefleckt, rechtschaffen: pure et quiete actae aetatis; Cato 13. dixit causam pure et dilucide; de or I 229. ut pure et Latine loquamur; de or I 144. pure et emendate loquentes; opt gen 4. haec omnia pure atque caste tribuenda deorum numini sunt; nat I 3.

purgatio, Reinigung, Entschuldigung, Rechtfertigung: I. purgatio est, cum factum conceditur, culpa removetur. haec partes habet tres, imprudentiam, casum, necessitatem; inv I 15. purgatio est, per quam eius, qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntas defenditur. ea habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitudinem; inv II 94. — II, 1. qui (Aesculapius) primus purgationem alvi invenit; nat III 57. — 2. imprudentia in purgationem confertur; inv I 41. — III, 1. inedia et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es; ep XVI 10, 1. — 2. per: f. I.

purgo, reinigen, abführen, aufräumen, entschuldigen, rechtfertigen: I. de luxurie purgavit Erucius; Sex Rosc 39. — II. libenter tibi me et facile purgassem; ep VII 27, 2. quid ego me tibi purgo? ep XV 17, 1. ceteros quod purgas, debent mihi probati || purgati || esse, tibi si sunt; A III 15, 2. f. mores. purgantes || purgare || alvos ibes Aegyptiae; nat II 126. quantum defensor purgandis criminibus consequi potuerit; Cluent 3. immissi cum falcibus multi || famuli, al. || purgarunt et aperuerunt locum; Tusc V 65. te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos esse voluisti; A I 17, 7. purga urbem; Catil I 10. — III. quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem; ep XII 25, 3. de quo etsi pro tua facilitate et humanitate purgatum se tibi scribit esse; ep XIII 24, 2. de altero ei (Balbo) me purgavi; A X 18, 2.

purpura, Purpur, Purpurkleid: I. qui combibi purpuram volunt; fr F V 23. facite, ut eius illam ad talos demissam purpuram recordemini; Cluent 111. quos numeros cum quibus tamquam purpuram misceri oporteat; orat 196. recordor: f. demitto. — II, 1. vestitus aspere nostra hac purpura plebe ac paene fusca; Sest 19. — 2. ut sedens cum purpura praeconi subiceretur; Sest 57.

purpurasco, sich röten: eius (maris) unda cum est pulsa remis, purpurascit; Ac fr 7.

purpuratus, Hofbeamter: istis ista horribilia minitare purpuratis tuis; Tusc I 102.

purpureus, rot, purpurn: P. Clodius a purpureis fasceolis est factus repente popularis; har resp 44. puod (mare) nunc favonio nascente purpureum videtur; Ac II 105. stetit soleatus praetor populi Romani cum pallio purpureo; Ver V 86. conlega tuus amictus toga purpurea; Phil II 85. quo (die Caesar) cum purpurea veste processit; div I 119.

purus, rein, fleckenlos, unentweiht, lauter, glatt, einfach, unverziert, bloß: A. alqs: f. argentum. qui ne animam quidem puram conservare potuisset; Ver III 134. castus animus purusque vigilantis est paratior; div I 121. argentum ille ceterum purum apposuerat, ne purus ipse relinqueretur; Ver IV 49. nihil est in historia pura et inlustri brevitate dulcius; Bru 262. mundi ille fervor purior est multo: nat II 30. elaborant alii in puro quasi quodam et candido genere dicendi; orat 53. iudicium purum postulat; inv II 60. ut eos (deos) semper pura, integra, incorrupta et mente et voce veneremur; nat II 71. rationem non arbitror exspectari a me puri dilucidique sermonis; de or III 38. Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini vellem; A IX 6, 1. falsum crimen in purissimam vitam conlatum; Q Rosc 17. vox: f. mens. — B, a. qui (Clodius) tantum abest a principibus quantum a puris, quantum ab religiosis; har resp. 53. — b. ut, quicquid inde haurias, purum te liquidumque haurire sentias; Caecin 78.

pusillus, klein, gering, winzig, kleinlich: A. Siculus ille paene pusillus Thucydides; Q fr II 11, 4. illud vero pusilli animi, quod . .; ep II 17, 7. ecce alia pusilla epistula; A VI 1, 23. volo mentam pusillam ita appellare, ut „rutulam“; non licet; ep IX 22, 3. habuimus in Cumano quasi pusillam Romam; A V 2, 2. pusillus testis processit; de or II 245. quam contumeliam villa pusilla iniquo animo feret; ep XII 20. villula sordida et valde pusilla; A XII 27, 1. — B. habet in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, sed pusillum loci; A XII 23, 3.

pusio, Knäbchen: pusionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati; Tusc I 57.

putamen, Schale: instituit (Dionysius), ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum (filiae) adurerent; Tusc V 58.

putatio, Beschneiden: quid (sit) arborum putatio ac vitium; de or I 249.

puteal, Brunneneinfassung, Puteal: I. supra impositum puteal accepimus; div I 33. putealia sigillata duo (tibi mando); A I 10, 3. — II. alter puteali inflatus; Sest 18.

puteo, übel riechen, **puter,** faul: quibus etiam alabaster plenus unguenti putere || puter esse || videatur; Ac fr 11.

putesco, (putisco) verwesen, modrig werden: Theodori nihil interest, humine an sublime putescat; Tusc I 102. mare movetur ventis, ne putescat: fr I 22. animum illi pecudi datum pro sale, ne putisceret; fin V 38. cui (sui), ne putesceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus; nat II 160.

puteus, Brunnen: quod constat nobilissimas virgines se in puteos abiecisse; prov 6. cum vidisset haustam aquam de iugi puteo; div I 112. ex puteis iugibus aquam calidam trahi; nat II 25.

putide, gesucht, geziert: qui nec inepte dicunt

nec odiose nec putide; Bru 284. nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari neglegentius; de or III 41.

putidiusculus, etwas zudringlicher: simus putidiusculi, *quam*quam per te vix licet; ep VII 5, 3.

putidus, faul, zudringlich, gesucht, geziert: cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus; orat 27. haec vobis molesta et putida videri; de or III 51. vereor, ne putidum sit scribere ad te, quam sim occupatus; A I 14, 1. ego istius putidae carnis consilio scilicet volebam niti; Piso 19.

puto, rechnen, berechnen, veranschlagen, ansehen, achten, halten, vermuten, meinen, glauben: I, 1. Arcesilas Zenoni, ut putatur, obtrectans; Ac II 16. — 2. si sunt di, ut vos etiam putatis; fin II 115. quae est ei (animo) natura? propria, puto, et sua; Tusc I 70. — II, 1. non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, cum (Scaurus) pro reo diceret; Bru 111. Xenocraten audire potuit; et sunt qui putent audisse; nat I 72. — 2. a quibus nos defendi putabamur; har resp 46. eandem artem etiam Aegyptii consecuti putantur; div I 2. — 3. haec fere putavi esse dicenda; Tusc II 67. quod Pompeio se gratificari putant; ep I 1, 4. quod te putem scire curare; ep IX 10, 1. vos consulo, quid mihi faciendum putetis; Ver pr 32. facultatem mihi oblatam putavi; Catil III 4. in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriae reperturum putas? Muren 13. quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas; ep XII 28, 2. — 4. amendat hominem — quo? quo putatis? Ver V 70. cur ipse non adfuit? num putatis aliqua re tristi ac severa? Phil III 20. putaram te aliquid novi, quod eius modi fuerat initium litterarum, „quamvis non curarem, quid in Hispania fieret, tamen te scripturum"; A XII 23, 1. — III. si hoc semper ita putatum est; div I. 84. id ipsum est deos non putare; div I 104. quis coëgit eos falsum putare? Cato 4. inventus est ordo in iis stellis, qui non putabatur; div II 146. tibi ego ullam salutem, ullum perfugium putem? Ver V 150. ut rationes cum publicanis putarent; A IV 11, 1. salutem: f. perfugium. etiamsi cetera supplicia, quae putantur, effugerit; rep III 33. — IV, 1. in fortuna quadam est illa mors putanda; Piso 44. iste patrem, si non in parentis, at in hominum numero putabat; Ver IV 41. — 2. quod gloriam contemnant et pro nihilo putent; of I 71. qua (sapientia) omnes res humanae tenues ac pro nihilo putantur; de or II 344. — 3. quae (ratio recta) supra hominem putanda est; nat II 34. 4. cum unum te pluris quam omnes illos putem; A XII 21, 5. contendere de re publica fortium virorum et magnorum hominum semper putavi; Balb 60. quaecumque sunt in omni mundo, deorum atque hominum putanda sunt; nat II 154. ut consulem, conlegas, bonorum iudicium nihili putaret; Sest 114. bestiarum nullum iudicium puto; fin II 33. non ignoro, quanti eius (prudentiae) nomen putetis; nat III 78. cuius testimonium nullius momenti putaretur; Vatin 1. — 5. quis divitiorem quemquam putet aut potentiorem aut beatiorem aut firmiore fortuna? rep I 28. si denariis cccc Cupidinem illum putasset; Ver IV 13. — 6. et te consularem aut senatorem, denique civem putes? Phil VII 5. illo se loco copiosos et disertos putant; rep I 4. f. 5. id in dicendo numerosum putatur; orat 198. vulnus illud rei publicae, turpitudo populi Romani, non iudicium putandum est; Planc 70. qui fideliorem barbarum putaret; of II 25. ut horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus; Tusc I 118. velim hanc inanem meam diligentiam miserabilem potius quam ineptam putes; A III 23, 1. plerique rem idoneam, de qua quaeratur, et homines dignos, quibuscum disseratur, putant; Ac II 18. an medicina ars non putanda est? div I 24. hanc turpissimam mercaturam alienam dignitate populi Romani semper putavi; agr II 65. rem: f. hominem. 2.

putridus, morsch: non nos dentes putridi deceperunt; Piso 1.

putus, rein, glänzend: quam bonam meis putissimis orationibus gratiam rettulerit; A II 9, 1.

pylae, Engpaß: iter in Ciliciam feci per Tauri pylas; A V 20, 2.

pyramis, Pyramide: mihi vel cylindri vel quadrati vel coni vel pyramidis (forma) videtur esse formosior; nat I 24. f. conus.

pyxis, Büchse: cum Licinius pyxidem teneret in manu; Cael 63. cum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset; Cael 63.

Qua, wo, wohin, inwieweit, teils — teils: I. in eo loco, qua naves accedere possent; Ver V 85. ad omnes introitus, qua adiri poterat; Caecin 21. qua (mare) a sole conlucet; Ac II 105. qui (di) eatenus nobis declarantur, qua ipsi volunt; Tim 40. multis in urbibus, iter qua faciebat; Phil IX 6. — II, 1. illuc qua veniam? A VIII 16, 1. — 2. quo facilius scire possim, qua quandove ituri sint; A IX 1, 2. neque est quicquam, quo et qua; A X 2, 1. tum reliqua videbimus, id est et quo et qua et quando; A IX 6, 1. victor hic qua se referret et quo; A VIII 16, 2. — III. in templum ipse nescio qua per Gallorum cuniculum ascendit; Phil III 20. — IV. ita omnia convestivit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis, ut . .; Q fr III 1, 5. gladiatoribus qua dominus qua advocati sibilis conscissi; A II 19, 3. quam evigilata (tua consilia) tuis cogitationibus qua itineris, qua navigationis, qua congressus sermonisque cum Caesare! A IX 12, 1. quoniam intellego te distentissimum esse qua de Buthrotiis, qua de Bruto; A XV 18, 2.

quacumque, überall wo: I. quacumque nos commovimus; A XIV 17, 6. quacumque ingredimur; fin V 5. — II. quacumque illa (mulier) iter fecisset; Cluent 193.

quadrageni, je vierzig: quadragena milia nummum in singulos iudices distributa; Cluent 74. uti ambo HS quadragena consulibus darent, si essent ipsi consules facti; A IV 17 (18), 2.

quadragesimus, vierzigste: anno fere centesimo et quadragesimo post mortem Numae; rep II 29. ut quadragesimo post die responderes; Ver I 30.

quadragiens, vierzigmal, vier Millionen: nonne nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragiens erogabamus? Flac 30.

quadraginta, vierzig: A. (Cyrus) quadraginta natus annos; div II 46. ad Staienum sescenta quadraginta milia nummum esse delata; Cluent 87. quod erat vix HS quadraginta milium; Ver I 140. tenentur uno in loco HS ɪↄcxʟ; Cluent 82. — B. quam (proportionem comparationemque) habent ducenta quinquaginta *sex* cum ducentis quadraginta tribus; Tim 24.

quadrantarius, auf ein Viertel ermäßigt, ein Viertelaß kostend: nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori; Cael 62. in tabulis dodrantariis et quadrantariis; Font 2.

quadratus, viereckig, Viereck: A. quid iudicant sensus? stare movere, quadratum rotundum; fin II

36. agmine quadrato in aedem venit; Phil V 20. — B, I. ea triangula illi et quadrata nominant; div II 89. — II. mihi vel cylindri vel quadrati (forma) videtur esse formosior; nat I 24.

quadriduum, vier Tage: I. quadridui sermonem misimus; Tusc V 11. — II, 1. Apameae quadriduum (fui); ep XV 4, 2. ipsum (regem) triduum quadriduumve mecum habui; A VI 2, 7. — 2. respondit triduo illum aut summum quadriduo esse periturum; Milo 26. — 3. (signa) ablata ex urbibus sociorum quadridui causa per simulationem aedilitatis; Ver IV 6.

quadriennium, vier Jahre: 1. quia de lucro prope iam quadriennium vivimus; ep IX 17, 1. — 2. hanc multam Aeschines a Ctesiphonte petivit quadriennio ante Philippi Macedonis mortem; opt gen 22. quadriennio minor est; de or II 364. quaestor quadriennio post factus sum; Cato 10.

quadrigae, Viergespann: I. „posmeridianas quadrigas" quam „postmeridianas quadriiugas" libentius dixerim; orat 157. — II. in quadrigarum curriculum incurrere; Muren 57. quam (Minervam) Arcades quadrigarum inventricem ferunt; nat III 59. — III, 1. cursu corrigam tarditatem cum equis tum vero quadrigis poëticis; Q fr II 13 (15, a), 2. cuius in adulescentiam per medias laudes quasi quadrigis vehentem; Bru 331. — 2. nec in quadrigis eum secundum numeraverim aut tertium, qui vix e carceribus exierit; Bru 173.

quadrigarius, Wagenlenker: ut istum omittam in victoria quadrigarium; fr A IX 14.

quadrigulae, kleines Viergespann: Philippus hasne in capulo quadrigulas vitare monebatur? fat 5.

quadriiugae, s. **quadrigae,** I.

quadrimus, vierjährig: una interpositio difficilior est, de quadrimo Catone; ep XVI 22, 1.

quadringenarius, von je vierhundert Mann: (Deiotarus) habet cohortes quadringenarias nostra armatura xxx; A VI 1, 14.

quadringenti, vierhundert: videsne minus quadringentorum annorum esse hanc urbem, ut sine regibus sit? rep I 58. HS cccc extorquenda curavit; Ver II 66. qui cccc mod. lucri faciunt; Ver III 111. ut mihi ultra quadringenta milia liceret esse; A III 4. si quadringentos talos ieceris; div I 33.

quadringentiens, vierhundertmal, vierzig Millionen: HS quadringentiens cepisse te arguo contra leges; Ver II 26. tu quadringentiens sestertium quonam modo debere desisti? Phil II 93.

quadripertitus (quadrup.), vierteilig: secunda (argumentatio) est quadripertita; tertia tripertita; inv I 67. adsumptionis approbatione praeterita quadripertita sic fiet argumentatio; inv I 71. commutationes temporum quadrupertitas; Tusc I 68. quadripertita fuit divisio tua; nat III 6.

quadripes, vierfüßiges Tier: I. ut nihil inter te atque inter quadripedem aliquam putes interesse; par 14. — II. hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadripedum impurissimo; dom 48.

quadriremis, Vierruderer: I. quadriremem fluctuantem in salo reliquerat; Ver V 91. — II. in quadriremi Centuripina malum erigi imperavit; Ver V 88.

quadro, zurichten, abschließen, passen: I. quoniam tibi ita quadrat, omnia fuisse Themistocli paria et Coriolano, Bru 43. — II. nisi omnia in istam (mulierem) quadrare apte viderentur; Cael 69. visum est hoc mihi ad multa quadrare; A IV 19, 2. eam coniunctionem sicuti versum numerose cadere et quadrare et perfici volumus; de or III 175. id („officium") quid dubitas quin etiam in rem publicam praeclare quadret || caderet ||? A XVI 14, 3. — III. sic minime animadvertetur quadrandae orationis industria; orat 197.

quadrum, richtige Form: quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias; orat 208. si eam (sententiam) ordini verborum paululum commutato in quadrum redigas; orat 233.

quadruplator, Denunziant, eigennütziger Ankläger: I. homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus; Ver II 22. — II. putant fore, ut non (per)illius modi quadruplatores leges iudiciaque administrentur; div Caec 68.

quadruplex, vierfach, vier: »praeter quadruplices stellas in fronte locatas«; fr H IV, a, 334.

quadruplus, vierfach: I. iudicium datum est in quadruplum; Tul 7. — II. ab adseculis tuis quadruplo condemnari; Ver III 34.

quaero, suchen, erstreben, verlangen, fragen, forschen, untersuchen: I. **absolut:** 1, a. quaerendi initium ratio attulit; Ac II 26. — b. ea se uti regula in quaerendo ac disserendo; Ac II 32. — 2, a. cum quaeritur, quale quid sit, aut simpliciter quaeritur aut comparate; Top 84. satis videri esse quaesitum; Cluent 177. — b. sine ulla adfirmatione simul quaerentes dubitanter unum quidque dicemus; inv II 10. nolite quaerere; Phil II 69. ea res, si quaeris, ei (Mario) magno honori fuit; of III 80. acerrimo iudice quaerente; Sex Rosc 85.

II. **mit Ergänzung:** 1. definitio est, cum in scripto verbum aliquod est positum, cuius de vi quaeritur; inv II 153. cum in dominos de servis quaeri noluissent; part or 118. sin hominibus remotis de causa quaeritis; Caecin 104. — 2. abs te, Torquate, quaero: cur tacuisti, passus es? Sulla 44. quaeret quispiam: „quid? illi viri istane doctrina eruditi fuerunt?" Arch 15. quaero, si duo sint, quis tandem erit tam demens, qui . . ? rep III 27. — 3. quantum et cuius modi et omnino quale sit, quaeritur, hoc modo: iustum an iniustum; inv I 12. quaero abs te, quid ita de hac pecunia compromissum feceris; Q Rosc 12. non erat quaerendum, cuius manu (pecuniae) numerarentur; Ver II 26. quaesivi, misissetne || an misisset || (peripetasmata); Ver IV 27. quaerunt a me, ubi sit pecunia; Cluent 72. secundum ea quaero, servarisne in eo fidem; Vatin 15. quaero, num tu senatui causam tuam permittas; Vatin 15. quas res gesserit, quaero; Piso 38. quaeris a me, quid pro fratre meo facere possim; Planc 69. quaerebat, cur ego ex ipso cursu tam subito revertissem; Phil II 76. si quaesitum ex eo (sapiente) sit, stellarum numerus par an impar sit; Ac II 110. quaerebam, utrum panderem vela orationis statim an eam ante paulum dialecticorum remis propellerem; Tusc IV 9. cum quaesitum esset ex eo (Socrate), quare id faceret; Tusc V 97. hac tu de re quaero quid sentias; leg II 32. quaeris, quid cogitem de obviam itione A XIII 50, 4. quod quaeris, quando, qua, quo, nihil adhuc scimus; ep IX 7, 2. s. I, 2, a. III. alqd.

III. **mit einfachem Object:** cum quaererent alii Numerium, alii Quinctium; Sest 82. quam (Proserpinam) frugum semen esse volunt absconditamque quaeri a matre fingunt; nat II 66. certum (genus quaestionum), in quo quid in personis et in constituta re et definita quaereretur; de or II 42. vitabit etiam quaesita; orat 89. ne quid ex meis commentariis quaereretur; Sulla 43. multo labore quaesita una eripuit hora; Sulla 73. quaero illud etiam ex te, conatusne sis . .; Vatin 19. illud quaero, cur tam mansuetus in senatu fuerit; Phil III 23. agri multa efferunt manu quaesita; nat II 151. si vitae modum actionemque quaerimus; Tusc V 66. non aetas eius, qui adoptabat, est quaesita; dom 35. »navibus absumptis fluitantia quaerere aplustra«; fr H IV, c, 2. ut, ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quaereret; Piso 62. sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quaeritur; nat II 123. ex ea (epistula) crimen in P. Sullam quaeris;

Sulla 67. dominatio quaesita ab utroque est; A VIII 11, 2. studii sui quaerebant aliquem ducem; Ligar 3. quae quaerimus exempla maiora? nat II 11. ne et vetera et externa quaeram; Tusc I 33. qui gloriam quaeritis; Sest 102. si musicus, si grammaticus, si poëta quaeratur; de or I 212. quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quaerimus, honestum; of I 14. si tum illi caedis a me initium quaerenti respondere voluissem; Phil III 33. vires, lacertos. sanguinem quaerunt, quandam etiam suavitatem coloris; opt gen 8. quaeritur in re domestica continentiae laus; Flac 28. in eodem Amano (Bibulus) coepit loreolam in mustaceo quaerere; A V 20, 4. qui nec plausum nec lucrum quaererent; Tusc V 9. id iniustissimum ipsum est, iustitiae mercedem quaerere; leg I 49. modum: f. actionem. musicum: f. grammaticum. rerum ipsarum vim naturamque quaeramus; Scaur 15. quod illi (Stoici) nomina nova quaerunt, quibus idem dicant; fin V 89. pecuniam nescio quo modo quaesitam; Tul 15. plausum: f. lucrum. poëtam: f. grammaticum. homines spe custodiae rerum suarum urbium praesidia quaerebant; of II 73. virtutem et sapientiam regalem, non progeniem quaeri oportere; rep II 24. non quaero rationes eas, quae ex coniectura pendent; Ac II 16. versabor in re difficili ac multum et saepe quaesita; leg III 33. sanguinem: f. lacertos. sapientiam f. progeniem. populatae provinciae solacium exitii quaerunt; div Caec 7. discessus solitudo ei, qui patronam suffocabat, fuit quaerenda; Scaur 11. suavitatem: f. lacertos. venenum quaesitum dicitur; Cael 30. spem omnem in D. Bruto et Planco habemus, si verum quaeris, in te et in M. Bruto; ep XII 8, 1. vetera: f. externa: fugae tutam viam quaesiverunt; Caecin 44. vis verbi quasi in definitiva constitutione, in quo posita sit, (videtur) quaeri; inv I 17. f. lacertos, naturam. virtutem: f. progeniem. — IV. cur provincia d e f e n s o r e m suae salutis eum quaesiverit, cuius . .; Ver III 64.

quaesitor, Untersuchungsrichter: I. videt (iudicem) quaesitorem, ut d i m i t t a t, rogantem; Bru 200. quaesivit ab reo C. Iunius quaesitor ex lege illa Cornelia, clam an palam de se sententiam ferri vellet; Cluent 55. quaesitor gravis et firmus Alfius; Q fr III 3, 3. — II. si quaesitor huic e d e n d u s fuisset; Planc 43. hunc quaesitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ii, quibus periculum creabatur; Sex Rosc 85. rogo: f. I. dimittit.

quaeso, suchen, bitten: I. »Andromedae laevo ex umero, si quaesere perges, appositum poteris supera cognoscere Piscem«; fr H IV, a, 252. quod, quaeso, a me est tributum Hirtio ornamentum? Phil XIII 41. solane beata vita, quaeso, relinquitur? Tusc V 13. — II, 1. mihi, quaeso, i g n o s c i t e, si appello talem virum saepius; agr II 49. adgredere, quaesumus; leg I 6. mitte mihi, quaeso, obviam litteras; A VI 7, 2. tu incumbe, quaeso, in eam curam; A XV 25. — 2. de mulieribus nostris quaeso v i d e a s, ut . .; A VII 14, 3. — 3. quod quaeso, iudices, n e moleste patiamini; Cluent 11. — 4. abs te peto quaesoque, u t tuos mecum serves potius quam . .; ep V 4, 2. quaeso, ut scribas quam saepissime; A VII 12, 1.

quaesticulus, kleiner Gewinn: I. qua ex coniunctione naturae c o n v e n i r e potest meus quaesticulus cum caelo, terra rerumque natura? div II 34. — II. quaesticulis || quaesticulus || te f a c i e b a t attentiorem; ep IX 16, 7.

quaestio, Frage, Erforschung, Untersuchung, Stoff, Gegenstand, allgemeine Streitfrage, Untersuchungssache, Vernehmung, Folterung, Kriminalgericht: I. **absolut:** 1. a d i u v a n t: f. II, 1. habeo. I. perpetui iuris et universi generis quaestio non hominum nomina, [sed] rationem dicendi et argumentorum fontes desiderat; de or II 141. hoc (peccatum), quo de quaestio est; inv I 104. ex quibus constitutio est, id est quaestio, eadem in coniecturali, quae iudicatio: occideritne? inv II 15. de ipso universo genere infinita quaestio est; de or II 134. in genere erat universo rei negotiique, non in tempore ac nominibus, omnis quaestio; de or II 141. quaestiones perpetuae hoc (Carbone) adulescente constitutae sunt, quae antea nullae fuerunt; Bru 106. omnis quaestio earum aliqua de re est, quibus causae continentur; Top 80. cognitionis quaestiones tripertitae sunt; aut sitne aut quid sit aut quale sit quaeritur; Top 82. habet: f. II, 1. appello; inv I 8. ut eius (facinoris) quaestio ad populum pertineat; Ver I 108. pleraeque quaestiones, quae ad vitam moresque pertinent, a virtutis fonte ducuntur; Tusc IV 34. quaestiones urgent Milonem; Milo 59. — 2. quaestio e s t ea, quae ex conflictione causarum gignitur controversia, hoc modo: „non iure fecisti". „iure feci"; inv I 18. quaestio est: maiestatemne minuerit? inv II 52.

II. **nach Verben:** 1. a b s o l v i nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, Academicam omnem quaestionem libris quattuor; A XIII 19, 3. poëtae quaestionem attulerunt, quidnam . .; orat 66. is quaestione adhibita confessus est pateramque rettulit; div I 54. qui (Hermagoras) quaestionem eam appellet || appellat ||, quae habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum: „ecquid sit bonum praeter honestatem"? inv I 8. eam quaestionem, ex qua causa nascitur, constitutionem appellamus; inv I 10. quaestionem (appellant) rem positam in infinita dubitatione; de or II 78. haec quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem || rationem || traducta appellatur θέσις; orat 46. quam (universi generis quaestionem) Graeci appellant θέσιν; orat 125. videtis illam nefariam mulierem hanc fictam quaestionem conscripsisse. atque istam ipsam quaestionem dicite qui obsignarit unum aliquem nominatim; Cluent 185. constituo: f. I, 1. est; Bru 106. omnis res, quae habet in se controversiam, aut facti aut nominis aut generis aut actionis continet quaestionem; inv I 10. quae (pars) non implicite et abscondite, sed patentius et expeditius recti et non recti quaestionem continet; inv II 69. definio: f. instituo. ex ea (causarum conflictione) nascitur controversia, quam quaestionem dicimus, haec: „iurene fecerit"? inv I 18. prima adversariorum contentio diffusam habet quaestionem; part or 104. duco: f. I, 1. pertinet. si is potuisset quaestionem de morte P. Clodii ferre; Milo 79. fingo: f. conscribo. si quid habet quaestionis; orat 68. sin quaestiones habitae aut postulatio, ut habeantur, causam adiuvabunt; part or 117. f. diffundo. qua (disputatione) solent uti ad infirmandas quaestiones; part or 118. definitae quaestiones a suis quoque || quaeque || locis quasi propriis instituuntur || instruuntur ||; Top 92. obsigno: f. conscribo. quaestiones omnium perrumpat; Ver I 13. non persequor quaestiones infinitas; Ac II 117. salutares leges quaestionesque tolluntur; Phil I 22. — 2. quaestionibus c r e d i oportere e t non oportere; inv II 50. C. Iunius, qui ei quaestioni praefuerat; Cluent 89. saepe etiam quaestionibus resistendum est; part or 50. — 3. socios omnibus approbantibus illa die quaestione l i b e r a t o s esse; Bru 88. — 4. c o n i u n c t a (causa est) e x pluribus quaestionibus, in qua plura quaeruntur; inv I 17. esse suum de generum infinitis quaestionibus dicere; de or II 66. quae (philosophia) de maximis quaestionibus copiose posset dicere; Tusc I 7. qui (Hermagoras) oratoris materiam in causam et in quaestionem dividat; inv I 8. nascor ex: f. II, 1. appello; inv I 10. duos servos paternos in quaestionem ab adversariis Sex. Roscius postulavit; Sex Rosc 77.

III. **nach Adjectiven**: 1. quae (oratio) est propria vestrae quaestionis; Milo 7. — 2. quibusdam quaestionibus alios, quibusdam alios esse aptiores locos; Top 79.

IV. **nach Substantiven**: alqd: f. II, 1. habeo. dicta quaestionis argumentis et coniectura ponderanda; part or 118. quod fundamentum huius quaestionis est; nat I 44. duo prima genera quaestionum esse, in quibus eloquentia versaretur, unum infinitum, alterum certum; de or II 41. non ex iis (temporibus, personis), sed ex genere quaestionis pendere causas; de or II 139. quaestionum „quacumque de re" sunt duo genera || sunt ||: unum cognitionis, alterum actionis; Top 81. quarum (actionis quaestionum) duo genera: unum ad officium, alterum ad motum animi vel gignendum vel sedandum; Top 86. cum (C. Visellius Varro) post curulem aedilitatem iudex quaestionis esset; Bru 264. tabellae quaestionis plures proferuntur; Cluent 184.

V. **Umstand**: 1. veneni iam suspicio superiore quaestione sublata (est); Cluent 184. — 2. in quaestionibus et iudiciis non hoc quaerendum arbitror; Sulla 39.

quaestiuncula, Frage, Untersuchung: I. his propositis quaestiunculae multae nascuntur; leg II 51. — II, 1. mihi quaestiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de or I 102. — 2. loquor de: f. 1.

quaestor, Quästor, Schatzmeister: I, 1. aversa pecunia publica quaestor consulem exercitum, sortem provinciamque deseruit; Ver I 34. quarta legio duce L. Egnatuleio quaestore C. Caesaris auctoritatem persecuta est; Phil III 7. si praetor dedit, ut est scriptum, a quaestore numeravit, quaestor a mensa publica, mensa aut ex vectigali aut ex tributo; Flac 44. qui (T. Antistius) cum sorte quaestor Macedoniam obtineret; ep XIII 29, 3. mihi quaestor optatior obtingere nemo potuit; ep II 19, 2. quaestor ex senatus consulto provinciam sortitus es; Ver I 34. cum primus in eam insulam quaestor veneris; ep XIII 48. quaestor navem populi vocat; inv II 98. — 2. cum quaestor in Sicilia fuissem; div Caec 2. — II, 1. quem temperantissimum legatum quaestoremque cognoverunt; Flac 8. quaestorem habes non tuo iudicio delectum, sed eum, quem sors dedit; Q fr I 1, 11. quaestor quadriennio post factus sum; Cato 10. habeo: f. deligo. cum quaestor ad exercitum missus sis, custos non solum pecuniae, sed etiam consulis; Ver I 40. ego de provincia decedens quaestorem Coelium praeposui provinciae; ep II 15, 4. — 2. vidimus pecuniam numerari quaestori; Ver III 177. accepimus praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere; div Caec 61. — 3. quem pro quaestore habuit; Ver I 41. numero a: f. I, 1. numerat. cum Alexandriae pro quaestore essem; Ac II 11. — III. quid primum querar? Siculone homini legati, quaestoris, praetoris denique potestatem, honorem, auctoritatem dari? Ver V 83. referebatur de provinciis quaestorum; Q fr II 3, 1. — IV. senatui placere Q. Hortensium pro consule cum quaestore prove quaestore et legatis suis provinciam Macedoniam obtinere; Phil X 26. in qua civitate nummus commoveri nullus potest sine quinque praetoribus, tribus quaestoribus, quattuor mensariis; Flac 44.

quaestorius, quästorisch, mit dem Range eines Quästors, ehemaliger Quästor, n. Quästorwohnung: A. C. Sicinius quaestorius mortuus est; Bru 263. (Scipio) salutavit generos Laelii, doctos adulescentes, iam aetate quaestorios; rep I 18. comitiis quaestoriis institutis; ep VII 30, 1. cum sine cuiusquam reprehensione quaestoriis legatis quaestorem possis anteferre; ep II 18, 3. quod ego officio quaestorio te adductum reticere de praetore tuo non moleste ferebam; ep II 17, 6. ex ea faece legationis quaestoriaeque tuae procurationis; Ver I 99. — B, a. qui aedilicii, qui tribunicii, qui quaestorii! Phil XIII 30. — b. Thessalonicam me in quaestoriumque duxit; Planc 99.

quaestuosus, vorteilhaft, einträglich, gewinnsüchtig: A. ut hoc damnum quaestuosum sit; A XIV 9, 1. illud edictum repente uberrimum quaestuosissimumque nascitur; Ver III 36. ut quaestuosa mercatura dicitur; Tusc V 86. cuius domi quaestuosissima est falsorum commentariorum et chirographorum officina; Phil II 35. — B. relinquo istum quaestuosum; par 49.

quaestura, Quästur, Amt, Kasse des Quästors: I. quaestura utriusque prope modum pari momento sortis fuit; Muren 18. exorta est illa rei publicae funesta quaestura; har resp 43. — II, 1. obtinui quaesturam in Sicilia provincia; Ver V 35. quaesturam petisti cum P. Sestio; Vatin 11. — 2. existimabam nihil homines nisi de quaestura mea loqui; Planc 64. — III. qui (mos maiorum) hanc quaesturae coniunctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse; ep XIII 10, 1. huius ipsius in illum ordinem summa officia quaesturae tribunatusque constabant; Planc 24. tu a me auctus in petitione quaesturae; Phil II 49. Verres, ille vetus proditor consulis, translator quaesturae, aversor pecuniae publicae; Ver V 152. — IV. consedit utriusque nomen in quaestura; Muren 18.

quaestus, Erwerb, Gewinn, Vorteil: I. ut etiam is quaestus huic cederet; Ver II 170. ut nullum quaestum esse turpem arbitrarentur; Cluent 46. totus quaestus hic aestimationis ex annonae natus est varietate; Ver III 192. — II, 1. quaestus duplex unius missionis fiebat; Ver V 62. M. Fadium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quaestum; ep XV 14, 1. qui (quaestus) liberales habendi, qui sordidi sint; of I 150. improbantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut faeneratorum; of I 150. qui ab adulescente quaestum sibi instituisset sine impendio; Quinct 12. quaestum illum maxime fecundum uberemque campestrem totum ad se ita redegit, ut ..; har resp 42. — 2. quid est aliud iudicio ac legibus abuti ad quaestum? Sex Rosc 54. tota res est inventa fallaciis aut ad quaestum aut ad superstitionem; div II 85. haec pecunia tota ab honoribus translata est in quaestum et faenerationem; Flac 56. — III. ut cum hoc cumulo quaestus decederent; Ver III 100. quin propter magnitudinem quaestus improbus esse volueris; Ver V 111. viam quaestus invenerunt; Ver III 190. — IV, 1. ille planus improbissimus quaestu iudiciario pastus; Cluent 72. videras repleri quaestu vestram domum; Piso 87. — 2. qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent; Ac II 57. iste nihil umquam fecit sine aliquo quaestu; Ver V 11.

qualis, wie beschaffen, welcherlei, was für einer, wie, irgendwie beschaffen: I. cum esset talis, qualem te esse video; Muren 32. promitto C. Caesarem talem semper fore civem, qualis hodie sit qualemque eum maxime velle esse et optare debemus; Phil V 51. non inesse in iis (sensibus) quicquam tale, quale non etiam falsum nihil ab eo differens esse possit; Ac II 99. flexi fractique motus, quales protervorum hominum aut mollium esse solent; fin V 35. (oratorem) talem informabo, qualis fortasse nemo fuit; orat 7. ut (res) non tales, quales ante habitae sint, habendae videantur esse; inv II 176. signa eius generis, qualia permulta historia tradidit. quale scriptum illud videmus; div I 121. tempus habes tale, quale nemo habuit umquam; Phil VII 27. — II, 1. qualis erit tua ista accusatio? div Caec 31. quali fide, quali pietate existimatis esse eos? Font 31. ista bellatrix iracundia qualis est cum uxore? Tusc IV 54. qualis ista philosophia

est? fin II 27. pietas: f. fides. qui tum inde reditus aut qualis? Phil II 48. — 2. ut coniecturam faceretis, qualem in iis rebus in me L. Metellum fuisse putaretis; Ver II 164. omnia, in quibus, quale sit id, quod factum est, quaeritur; inv I 12. ostendis, qualis tu fueris illo tempore consul futurus; Piso 14. contraria quoque, quae et qualia sint, intellegentur; inv II 177. primum docent esse deos, deinde quales sint; nat II 3. ipsius rei natura qualis et quanta sit, quaerimus; Tusc III 56. cum, qualis quisque orator fuisset, exponeres; Bru 292. hi fuerunt certe oratores; quanti autem et quales, tu videris; Bru 297. quae (res) quales sint, non facile est scribere; ep I 8, 1. — III. qualis ille vel consul vel civis fuit! fin II 62. quales et quot et quotiens legati ad eos *exierunt!* Font 16. — IV. illa effici (putant), quae appellant „qualia"; e quibus unum effectum esse mundum; Ac I 28.

qualiscumque, wie immer beschaffen: I. qualescumque summi civitatis viri fuerint, talem civitatem fuisse; leg III 31. — II. quae qualiacumque in me sunt; orat 130. quod, qualecumque erit, continuo scies; A X 12, a, 3 (6). hoc, qualecumque esset, te scire volui; A XV 6, 4. qui (Lycurgus) regem duxit habendum, qualiscumque is foret; rep II 24.

qualislibet, wie immer beschaffen: formae litterarum vel aureae vel qualeslibet; nat II 93.

qualisnam, wie beschaffen: si est divinatio, qualibusnam a perceptis artis proficiscitur? fat 11.

qualitas, Beschaffenheit, Eigenschaft: I, 1. earum qualitatum sunt aliae principes, aliae ex iis ortae; Ac I 26. — 2. cum ita moveatur illa vis, quam qualitatem esse diximus; Ac I 28. — II, 1. qualitates appellavi, quas *ποιότητας* Graeci appellant || vocant ||; Ac I 25. — 2. subiectam putant omnibus carentem omni illa qualitate materiam quandam; Ac I 27.

quam, wie, als, in welchem Grade, wie sehr, möglichst, recht sehr: I. **Vergleich:** 1. quam volumus licet ipsi nos amemus; har resp 19. hic quam volet Epicurus iocetur; nat II 46. possitne quis beatus esse, quam diu torqueatur; Tusc V 14. — 2, a. vixit tam diu, quam licuit in civitate bene beateque vivere; Bru 4. nihil esse in civitate tam diligenter quam ius civile retinendum; Caecin 70. quamquam non tam dicendi ratio mihi habenda fuit quam audiendi; nat I 56. quid est tam inhumanum quam eloquentiam ad bonorum pestem convertere? of II 51. tam sum amicus rei publicae quam qui maxime; ep V 2, 6. ego etsi tam diu requiesco, quam diu ad te scribo, tamen . .; A IX 4, 1. nec tam animum me quam || vix || stomachum habere arbitrantur; A XV 15, 2. quid est in vita tantopere quaerendum quam id, quod . .? fin I 11. neque tanta fortunis omnium pernicies potest accidere, quam opinione populi Romani rationem veritatis, integritatis ab hoc ordine abiudicari; Ver I 4. — b. si longe aliter possedit, quam praetor edixit; Quinct 84. hominem natum ad nihil aliud esse quam || ad || honestatem; A fr 20 (Z. 14). (definitio) ante praeterlabitur, quam percepta est; de or II 109. te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse; ep III 6, 2. id miror, te hoc in hac re alieno tempore et contra, quam ista causa postulasset, defendisse; Caecin 67. quod negant sapientem suscepturum ullam rei publicae partem, extra quam si eum tempus coëgerit; rep I 10. (stomachi) partes eae, quae sunt infra quam id, quod devoratur; nat II 135. ignotis te iudicibus uti malle quam notis indicavisti; Planc 42 post diem tertium gesta res est, quam dixerat; Milo 44. Claudium aedes postea proscripsisse, quam esset ab auguribus demoliri iussus; of III 66. Andricus postridie ad me venit, quam exspectaram; ep XVI 14, 1. quos laudare quam lugere praestabit; Phil XIV 34. tacere praestaret philosophis || philosophos quam iis, qui se audissent, nocere; nat III 77. praeter quam quod comitia || omnia || illa essent armis gesta servilibus; leg III 45. haec (epistula) est pridie data quam illa; A III 8, 2. pridie, quam has litteras dedi; A VII 15, 2. ea, quae dixi, non secus dixi, quam si eius frater essem; Scaur 37. qui secus, quam decuit, vixerunt; div I 33. sexiens tanto, quam quantum satum sit, ablatum esse ab aratoribus; Ver III 102. saepe supra feret, quam fieri possit; orat 139. ostium adiunctum paulo supra, quam ad linguam stomachus adnectitur; nat II 136. ultra quo progrediar, quam ut veri similia videam, non habeo; Tusc I 17. ut alius acutiorem se quam ornatiorem velit; opt gen 6. altius, quam ut id suspicere possimus; de or III 22. a te potius postularent, ne amplius quam singulas, quam ab Apronio. ut ne plus quam ternas decumas darent; Ver III 115. vulnus corporis magis istam vim quam terror animi declarabit? Caecin 43. quos multo magis quam Rulllum timetis; agr I 22. etiamne meliore (iure) quam paterna et avita? agr III 7. quae est aetas decem annis minor quam consularis; Phil V 48. oderam multo peius hunc quam illum ipsum Clodium; ep VII 2, 3. ut omnino paucas res dicant et non plures, quam necesse sit; inv I 28. f. amplius. ut ex iis (intimis) aliquis potius effluat, quam novo sit aditus; ep VI 19, 2. f. amplius. in omnibus negotiis, prius quam adgrediare, adhibenda est praeparatio diligens; of I 73. simus putidiusculi, quam per te vix licet; ep VII 5, 3.

II. **Steigerung:** imperat Centuripinis, ut is victu ceterisque rebus quam liberalissime commodissimeque adhiberetur; Ver V 70. ut quam commodissima condicione libertus Strabonis negotium conficiat; ep XIII 14, 2. velim eum (Q. Fufidium) quam liberalissime complectare; ep XIII 12, 2. f. commodissime. id augebit, quam maxime poterit; inv II 20. versibus propositis quam maxime gravibus; de or I 154. vult quam maximam laudem consequi; ep XIII 12, 2. civitatem, quam minimam potuit, effecit; rep II 52. ut cogitatione ad res quam optimas utamur; of I 132. interest adesse quam plurimos; har resp 13. quanam re possem prodesse quam plurimis; div II 1. ut ad urbem quam primum cum exercitu accederet; Catil III 8. ea (consuetudine) quam saepissime utemur; div II 150.

III. **Frage:** 1. qui de nobis || vobis || loquuntur, quam loquentur diu? rep VI 22. quam diuturna ista (observatio) fuit? div II 28. quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? Quinct 79. quam multas existimatis insulas esse desertas, quam multas relictas? imp Pomp 32. qualem illam feminam fuisse putatis? quam pudicam? quam religiosam? Ver IV 102. — 2, a. indicat tot hominum fletus, quam sis carus tuis; Rab Post 48 si hoc nunc vociferari velim, quam miserum indignumque sit . .; Ver II 52. ut omnes intellegant, quam paucis verbis haec causa perorari potuerit, et quam multa a me dicta sint; Cluent 164. videtisne, quam nihil praetermittatur, quod vitam adiuvet? fin I 57. pauca: f. multa. ut intellegatur, non modo quam vitiosae (perturbationes), sed etiam quam in nostra sint potestate; Tusc IV 14. — b. in bonis Q. Opinii vendendis quas iste praedas quam aperte, quam improbe fecerit, longum est dicere; Ver I 156. quam vero facile falsas rationes inferre soleant, cognoscite; Flac 20. improbe: f. aperte. illa quam longe serpant non vides? nat III 51. exspecto, quam mox Chaerea hac oratione utatur; Q Rosc 1. ex eo ipso, quam valde illi iaceant, intellegere possumus; Catil II 25. — c. maestitia declaravit, quam populum liberum cuperet, quam illa, quae tulerat, temporum magis necessitate quam iudicio tulisset; Phil V 38. quam exstiteris consul in me ornando,

cognovi; ep XV 11, 1. fero: f. cupio. ex quibus (litteris) perspexisse mihi videbar, quam festinares decedere; ep III 6, 2. illorum vides quam niteat oratio; fin IV 5. vide, quam me tui verbi paeniteat; Planc 76.

IV. **Ausruf:** 1. illud quam callida ratione! nat III 66. quid? illa caedes Asuvii Larinatis quam clara tum recenti re fuit, quam omnium sermone celebrata! Cluent 36. quam hoc non credibile in hoc, quam idem in Clodio non dubitandum! Milo 43. mirum quam inimicus ibat; A XIII 40, 2. quam multa illi de re publica scripserunt, quam multa de legibus! quam multa exempla reliquerunt! fin IV 5. quam multa quam paucis! ep XI 24, 1. quam nihil praetermittis in consilio dando; quam nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicas! A IX 2, a, 1. pauca: f. multa. quam suave est, quam hoc non curo! Tusc II 17. — 2. simulacrum Mercurii sustulisti? at quam audacter, quam libidinose, quam impudenter! Ver IV 84. at quam festive crimen contexitur! Deiot 19. impudenter, al.: f. audacter. quam tu longe iuris principia repetis! leg I 28. quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit! Sulla 24. — 3. quam se iactare, quam ostentare, quam nemini studio concedere (solebat)! Deiot 28. curo: f. 1. suavis. mire quam illius loci cogitatio delectat; A I 11, 3. iacto, al.: f. concedo. quod Caninius agit, sane quam refrixit; Q fr II 4, 5. quam vellem tibi dicere liberet! Bru 248. quam vellem Romae mansisses! A II 22, 1. quam velim Bruto persuadeas, ut Asturae sit! A XIV 15, 3 (4).

quamquam, obgleich, wiewohl, obschon, gleichwohl, indessen, jedoch: I, 1. quamquam, quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus, solet idem Roscius dicere . .; de or I 254. qua de re quamquam adsentior iis, tamen concedo . .; fin V 33. quamquam, quo me coniectura ducat, habeo, sed exspecto tamen; ep IX 2, 4. quamquam egregios consules habemus, sed turpissimos consulares; ep XII 4, 1. quamquam vereor, ne nihil coniectura aberrem; A XIV 22, 1. sed quamquam satis iis dictum videbatur, tamen sentiebant . .; de or I 160. quamquam animus mihi quidem numquam defuit: tempora defuerunt; Phil IV 1. mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit tamen; Lael 102. quamquam tua illa horridula mihi visa sunt, sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant; A II 1, 1. quamquam nihildum audieramus, ubi esses, tamen sic statuebam . .; ep XII 7, 2. nam et similibus utetur et contrariis et consequentibus quamquam uterque, tamen reus frequentius; part or 127. — 2. (virtus) sit se ipsa contenta, quamquam in memoria gratorum civium tamquam in luce posita laetetur; Phil V 35. quamquam (ii) sint in quibusdam malis, tamen hoc nomen beati longe et late patet; Tusc V 85. levius dixi; quamquam id ipsum esset et novum et non ferendum; Vatin 33. quamquam, si plane sic verterem Platonem, male mererer de meis civibus; fin I 7. quamquam ne id quidem suspicionem coitionis habuerit; Planc 53. quamquam sensus abierit, tamen suis bonis mortui non carent; Tusc I 109. quamquam in consuetudine cotidiana perspexisses, sicuti perspicies; ep III 10, 2. — 3. quia quamquam paratus in imparatos [Clodius], tamen mulier inciderat in viros; Milo 55. si iacens vobiscum aliquid ageret, audirem fortasse; quamquam — sed hoc malo dicere: „audirem“; Phil XII 4. quamquam hoc quidem minime; Tusc I 40. Clodium nihil arbitror malitiose: quamquam — sed quod egerit; A XV 13, 3. — II. quamquam te quidem quid hoc doceam? de or II 197. quamquam qui poterat salus sua cuiquam non probari? Milo 81. quamquam, quid facturi fueritis, dubitem, cum videam, quid feceritis? Ligar 24. in integro res nobis erit. quamquam quicum loquor? ep XV 16, 3. quamquam quid ego de lictoribus? A XI 7, 2. — III. quamquam quam multa ex terra arboribusque gignuntur! Tusc V 99.

quamvis, wie sehr auch, wenn auch noch so, beliebig, obgleich, obschon: I. quamvis mihi res non placeat, tamen contra hominum auctoritatem pugnare non potero; Ver III 209. quamvis patrem suum numquam videret || viderat ||, tamen in paternae vitae similitudinem deductus esset || est ||; Rab Post 4. nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenuerint vires atque defecerint: Cato 29. quamvis sint demersae leges alicuius opibus, quamvis timefacta libertas, emergunt tamen haec aliquando; of II 24. etsi, quamvis non fueris suasor profectionis meae, approbator certe fuisti: A XVI 7, 2. — II. si tu mihi quamvis eruditum hominem adduxeris, quamvis acrem et acutum in cogitando, quamvis ad pronuntiandum expeditum: de or II 131. quamvis sis, ut es, vinulentus et furens; Phil II 68. indignus: f. IV. puer. cum cupiebam quamvis iniqua condicione pacem; ep VI 4, 4. quasi vero mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre; Sex Rosc 47. sed tamen ea (voluptas), quamvis parva sit, pars est eius vitae; fin IV 31. vinulentus: f. furens. — III. de cuius (sapientis) excellentia multa dici quamvis fuse lateque possunt, sed brevissime illo modo; Tusc IV 57. sed quamvis ingrate et impie necessitudinis nomen repudiaretis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis; Deiot 30. late: f. fuse. de quo disputent quamvis subito; Lael 17. — IV. quicumque senator voluerit fieri quamvis puer, quamvis indignus, quamvis ex eo loco, ex quo non liceret, si is pretio apud istum idoneos vinceret, factum esse semper; Ver II 121. nec dubitat agricola, quamvis sit senex, respondere . .; Cato 25.

quando, wann, da, weil, wann? je, jemals, einmal: I. quando enim me in hunc locum deduxit oratio; nat III 43. quando igitur inest in omni virtute cura quaedam; fin V 67. tum, quando legatos Tyrum misimus; agr II 41. quando, ut aliis locis de virtute diximus, quando igitur virtus est adfectio animi constans; Tusc IV 34. — II, 1. quando illius sica conquievit? Milo 37. quando enim me ista curasse arbitramini? de or I 102. at recuperabit rem publicam. quando? A VIII 3, 4. quando autem dubium fuisset apud patres nostros, eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret aut Crassum? Bru 189. — 2. me nescio quando venisse questus est; Phil II 3. in his studiis viventi non intellegitur quando obrepat senectus; Cato 38. — III. ne quando intermitterem consulere rei publicae: div II 1. ne quando quid emanet; A X 12, 3. num quando vides Tusculanum aliquem de M. Catone gloriari? Planc 20. si quando ea, quae videtur utilitas, honestati repugnat; of III 120.

quandoque, wann einmal, irgend einmal: I. quandoque ab eadem parte sol iterum defecerit, tum . .; rep IV 24. — II. ego me Asturae diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat: ep VI 19, 2.

quando quidem (quandoquidem), da eben, da ja: quando quidem tu istos oratores tanto opere laudas, vellem . .; Bru 163. quando quidem tertium nihil potest esse; Phil II 31. ab hoc parumper abeamus, quando quidem de genere, non de homine quaerimus; orat 112. deterrebit, quando quidem virtute superavit aetatem; Phil XIV 28. quae sunt in hominum vita, quando quidem in ea versatur orator: de or III 54. quandoquidem haec esse in deo propter pulchritudinem vultis; nat I 92.

quantopere (quanto opere), wie sehr, in wie hohem Grade: I. neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere eius in causis oratione delector; de or I 164. — II.

dici non potest, quanto opere gaudeant; A XIV 6, 2. quantoque opere eius municipii causa laborarem, tibi ostendi; ep XIII 7, 1. cum his communices, quanto opere et quare velim hortos; A XII 29, 2.

quantulus, wie klein, wie viel, wie wenig: I. mulieri reddidit, quantulum visum est; div Caec 57. ut ne plus nos adsequamur, quam quantulum tu in dicendo adsecutus es; de or I 133. — II. quantulum interest, utrum . .? agr II 66. — III. quantulus (sol) nobis videtur! Ac II 82.

quantuluscumque, wie groß, wie klein auch immer, wie wenig auch nur: A. quantulum id cumque est; de or II 97. quoniam de hac mea, quantulacumque est, facultate, quaeritis; de or I 135. — B. quantulumcumque dicebamus; orat 106.

quantus, wie groß, wie viel: A. relativ: I. quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum? Muren 35. sit sane (ars) tanta, quantam tu illam esse vis; de or I 235. quod tanta est inter eos (bonos et improbos), quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia; Lael 74. si mea in te essent officia solum tanta, quanta a te praedicari solent; ep II 6, 1. neminem omnium tot et tanta, quanta sint in Crasso, habuisse ornamenta dicendi; de or II 122. esse pollicitum (istum), quantam vellent pecuniam; Ver pr 23. perturbationes: f. aestus. qui tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas di immortales ad Cn. Pompeium detulerunt; imp Pomp 48. — II. C. Memmius, argutus orator verbisque dulcis, tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriae; Bru 247. ea pro eo, quantum in quoque sit ponderis, esse aestimanda; fin IV 58. tribues iis (voluminibus) temporis quantum poteris, poteris autem, quantum voles; of III 121. — III, 1. tantum detraxit, quantum commodum fuit; Ver III 165. abdimus nos, quantum licet; of III 3. si plus edidisset, quam quantum natum esset; Ver III 70. tantum huic studio relinquendum (est), quantum vacabit a publico officio; div II 7. quantum coniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac ut efficias; of III 6. huic homini tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est; Quir 17. quantum potero, minuam contentiones; fin II 39. Furnium nostrum tanti a te fieri, quantum ipsius humanitas et dignitas postulat; ep X 1, 4. — 2. quae mihi tanti aestimanda sunt, quanti vitam aestimo et salutem meam; ep XV 21, 2. voluntatem decurionum tantidem quanti fidem suam fecit; Sex Rosc 115. cum pluris senatus aestimasset, quam quanti esset annona; Ver III 195. vendet eos (agros) mea lege, quanti volet; agr III 14. transirem ad Drusum vel tanti, quanti Egnatius illum velle tibi dixit; A XII 31, 2. — 3. quia quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior; nat I 60. quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescebat; Milo 25.

B. fragend: a, I. id ipsum quantae divinationis est scire? Cluent 131. qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere? de or II 51. quanto illum maerore esse adflictum putatis? Catil II 2. — II, 1. exsilium quantum tandem a perpetua peregrinatione differt? Tusc V 107. — 2. quanti rem aestimas? A XII 47, 2. hoc quanti putas esse ad famam hominum? Muren 38. — 3. quanto id nobis magis est concedendum? fin III 5. — b, I. ut, celeritas eius (solis) quanta sit, ne cogitari quidem possit; Ac II 82. quae quanto consilio gerantur, nullo consilio adsequi possumus; nat II 97. quantum facinus ad vos delatum sit, videtis; Catil IV 6. (genus) quantum et cuius modi et omnino quale sit, quaeritur; inv I 12. quanti honores populi Romani, quanti senatus, quanti tui (fuerint), quis ignorat? Deiot 12. attendite, quantus numerus frumenti cogatur; Ver III 100. ex eo conligere poteris, quanta occupatione distinear; A II 23, 1. declaratam est, quantum odium aratorum, quantum omnium Siculorum fuerit; Ver II 163. cognovit, quanta ad maximas res oportunitas in animis inesset hominum; inv I 2. videte, quanta sit vis huius Papiriae legis; dom 130. — II. venit in mentem, quantum auctoritatis, quantum momenti oratio habuisse existimata sit; Ver V 3. intellegis, quantum mali de humana condicione deieceris? Tusc I 15. ni te videre scirem, quantum officii sustinerem; ep II 6, 5. — III, 1. audistis, quantum Clodii interfuerit occidi Milonem; Milo 34. quid deceat vos, non quantum liceat, spectare debetis; Rab Post 11. ut, quantum tibi omnes boni debeant, quo minus tantundem ego unus debeam, non recusem; ep XV 11, 2. ut, quantum sit ementita opinio, appareat; Tusc III 58. non ignoro, quantum ex desiderio labores; ep XVI 11, 1. non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est; Bru 257. nescit, quantum auctoritate valeat; dom 29. — 2. quem (Platonem) tu quanti facias, scio; Tusc I 39. Balbum quanti faciam quamque ei me totum dicaverim, ex ipso scies; fr E III 2. vide, quanti apud me sis; ep VII 19. f. 1. prosum. cognoscite, quanti se vendidisse rettulerit; Ver III 83. — 3. satis docuisse videor, hominis natura quanto omnes anteiret animantes; nat II 153. videte nunc, eos quanto maioribus ornamentis adficiat; agr II 31. (Diogenes) disputare solebat, quanto regem Persarum vita fortunaque superaret; Tusc V 92.

C. Ausruf: I. quanta barbaria est! Phil II 108. quanta studia decertantium sunt! quanta ipsa certamina! fin V 61. haec quantis ab illo clamoribus agebantur! Sest 121. quantum adiit periculum! fin II 56. studia: f. certamina. — II. eloquentiae quantum tibi ex monumentis nostris addidisses! fin IV 61. quantum terroris iniecit! Ver V 14. — III, 1. quanta conantur ‖ conatur ‖! fin IV 7. quantum differebat! div II 76. — 2. quanti libertas ipsa aestimanda est! Ac II 120. — 3. quanto iam levior est acclamatio! Rabir 18. quanto est Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus! Cluent 32. quanto est miserius in hominis figura animo esse efferato! rep IV 1.

quantuscumque, wie groß, wie viel immer: ego is qui sum, quantuscumque sum ad iudicandum; de or II 122. quicquid habuit, quantumcumque fuit; Bru 268. non desistebamus nostrum illud quod erat augere, quantumcumque erat; Bru 321. quorum bona quantacumque erant, statim suis comitibus discripsit; Phil V 22.

quantusquantus, wie viel immer: de Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis, id ego heri ad te scripseram; sed quantiquanti, bene emitur, quod necesse est; A XII 23, 3.

quantusvis, beliebig groß, gleichgültig: ne illud quidem non quantivis, subito te istim posse proficisci; ep VI 20, 1.

quapropter, weswegen, daher: quapropter si tibi indicium postulas dari, quod tecum una fecerit, concedo; div Caec 34. quapropter si ea sole clariora sunt, nonne ei maximam gratiam habere debemus, qui . .? fin I 71. quapropter exspectate legatorum reditum; Phil VI 17. quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est; of I 83. quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus; ep IV 15, 2.

quaque, wo nur, überall: aut undique religionem tolle aut usque quaque conserva; Phil II 110. an hoc usque quaque, aliter in vita? fin V 91.

quare, wodurch, warum, weswegen, daher: I, 1. quare sic tibi eum commendo ut unum de meis domesticis; ep XIII 71. quare modum faciam;

ep X 3, 4. quare ita placere; Ac II 99. quare in tranquillo tempestatem adversam optare dementis est; of I 83. — 2, a. quare putabas emptori lucrum addi oportere? Ver III 71. quare quid est mirum, si . .? dom 141. — b. unum mihi esse solacium, quare facilius possim pati te esse sine nobis; ep VII 10, 4. quare victus sis, non debere iudicem quaerere; Planc 14. sin autem sic agetis, ut arguatis aliquem patrem occidisse neque dicere possitis, aut quare aut quo modo; Sex Rosc 57. — 3. quare incumbamus ad illa praeclara studia; A II 16, 3. quare noli me ad contentionem vestrum vocare; Planc 16. quare perge, ut instituisti; rep II 22. — II. quare cum bellum sit ita necessarium, dubitatis . .? imp Pomp 49. quare, etsi satis docui . ., tamen de illo ipso separatim cognoscite; Cluent 64. quare ne sit sane summum malum dolor, malum certe est; Tusc II 14. quare, quamquam a Cratippo haec te adsidue audire confido, tamen conducere arbitror . .; of III 5. quare, quoniam ego constitui apud te auctoritatem divinationis meae, debebit habere fidem nostra praedictio; ep VI 6, 7. quare, quoniam in eam rationem vitae nos fortuna deduxit, caveamus, ut ne . .; Q fr I 1, 38. quare si neque L. Gellii iudicio stetit Lentulus, quid est . .? Cluent 132.

quartanus, viertägig, fem. viertägiges Fieber: A. vide, ne tertianas quoque febres et quartanas divinas esse dicendum sit; nat III 24. — B, I. alteram quartanam decessisse et alteram leviorem accedere; A VII 2, 2. audivi quartanam a te discessisse; A VIII 6, 4. quartanam leviorem esse gaudeo; A X 9, 3. — II. quoniam in quartanam conversa vis est morbi; ep XVI 11, 1. te a quartana liberatum gaudeo; A X 15, 4.

quartus, vierte: A. quartus (Mercurius) Nilo patre; nat III 56. anno post Romam conditam quartodecimo et quingentesimo; Bru 72. quarto circiter et quinquagesimo anno post primos consules; rep II 60. in ante diem quartum Kalendas Decembres distulit; Phil III 20. quartum (genus honesti) sequitur aptum ex illis tribus; fin II 47. divinas legiones, Martiam et quartam, comprobastis; Phil V 28. restat quarta pars; of III 116. quarta (urbs) est, quae Neapolis nominatur; Ver IV 119. — B. tertium et quartum, quia maiora sunt, puto esse in aliud tempus differenda; nat II 3. — C. cum eo (Q. Maximo) quartum consule; Cato 10.

quasi, als ob, als wenn, gleichsam: I, 1. earum rerum, quae quasi in arte traduntur, inscientia; de or I 99. M. Cato invisus quasi per beneficium Cyprum relegatur; dom 65. in deo quid sit „quasi corpus“ aut „quasi sanguis“, intellegere non possum; nat I 71. est actio quasi corporis quaedam eloquentia; orat 55. proseminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se; de or III 61. cum Speusippum Plato philosophiae quasi heredem reliquisset; Ac I 17. videmus ex eodem quasi ludo summorum artificum exisse discipulos dissimiles inter se; de or III 35. quod quasi mancipio dare debuimus; Top 100. (aspera arteria) tegitur quodam quasi operculo; nat II 136. cum ipsa quasi re publica conlocutus sum; ep I 9, 10. sanguis: f. corpus. uno tempore quasi signo dato tota Italia convenit; Piso 34. non sunt contenti quasi bona valetudine; opt gen 8. populus Romanus deligit magistratus quasi rei publicae vilicos; Planc 62. — 2. si obscurior et quasi caliginosa stella exstiterit; div I 130. (litteras) quodam modo quasi commendaticias sumpsimus; ep XIII 26, 3. Cotta alia quidem quasi inculta et silvestri via ad eandem laudem pervenerat; Bru 259. quasi in familiam patriciam venerit, (Fibrenus) amittit nomen obscurius; leg II 6. occurrit nomen quasi patrium regis; rep I 54. silvestris: f. incultus. — 3. si quidem nos non quasi Graece loquentem audiamus; nat II 91. primo quasi temere de re publica locutus (P. Vatinius) in carcerem coniectus est; nat II 6. — 4. qui vocem sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt et quasi quodam modo conligunt; de or I 251. qui, quae complecti tota nequeunt, haec facilius divulsa et quasi discerpta contrectant; de or III 24. Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio; Bru 66. omnibus innatum est et in animo quasi insculptum esse deos; nat II 12. quasi praeteriens satis faciam universis; div Caec. 50. — 5. quasi nihil esset actum, nihil indicatum, ab Hermippo ibidem mancipia petere coepit; Flac 49. hoc nescio quo modo dicitur, quasi duo simus; Tusc II 47. quasi ego de fundo Formiano P. Rutilii sim questus, non de amissa salute; nat III 86. quae quasi longo intervallo interiecto videmus; of I 30. vgl. 1. signum. — II. ut eodem loco res sit, quasi ea pecunia legata non esset; leg II 53. ita pirata iste occultatus est, quasi eum aspici nefas esset; Ver V 67. ita iocaris, quasi ego dicam eos miseros, qui . .; Tusc I 13. atque haec perinde loquor, quasi ipso illo tempore potueris P. Quinctium de possessione deturbare; Quinct 83. proinde quasi bonis et fortibus ulla sit ad rem publicam adeundi causa iustior; rep I 9. sic eas (disputationes) exponam, quasi agatur res, non quasi narretur; Tusc I 8. est quasi rudentis explicatio sic traductio temporis; div I 127. sic vidi, quasi ea, quae oculis cernuntur, me a te amari; ep X 19, 1. quasi vero ignotus nobis fuerit splendidus eques Romanus Trebonii pater; Phil XIII 23. quasi vero quicquam intersit, mures scuta an cribra corroserint! div II 59. quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint; ep III 7, 3.

quasillum, Spinnkörbchen: huius domi inter quasilla pendebatur aurum; Phil III 10.

quasso, erschüttern, zerrütten: fuisse flammam quassatae rei publicae; Sest 73.

quatenus, wie weit, wie lange, inwiefern: I. quatenus de religione dicebat, Bibulo adsensum est: ep I 2, 1. quatenus vulgus intellegit, nihil putat praetermissum; of III 15. — II, 1. quibus auspiciis istos fasces augur acciperem, quatenus haberem? Phil XIV 14. — 2 soli, qui memoria vigent, sciunt, quid et quatenus et quo modo dicturi sint; de or II 355. quatenus autem sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est; de or II 237. de risu quinque sunt quae quaerantur: tertium, sitne oratoris [velle] risum movere; quartum, quatenus: de or II 235. in omnibus rebus videndum est, quatenus; orat 73.

quater, viermal: utrum malles te semel ut Laelium consulem an ut Cinnam quater? Tusc V 54. hinc HS quater deciens P. Tadio numeratum Athenis; Ver I 100.

quaterni, je vier, fem. vier Prozent: A. Titurium Tolosae quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse; Font 19. cum a multis quaterna (medimna), etiam quina exigerentur; Ver III 114. cum id frumentum senatus ita aestimasset: HS quaternis tritici modium, binis hordei; Ver III 188. — B. I. ille ex syngrapha postulabat quaternas; A V 21, 11. — II. iis Bruti familiares dare volebant quaternis, si sibi senatus consulto caveretur; A V 21, 12.

quatio, schütteln, erschüttern, treiben: »magnus Leo tremulam quatiens e corpore flammam«; nat II 110. quod (tenerum, molle) aegritudine quasi tempestate quatiatur; Tusc III 12.

quattuor, vier: A. Cleanthes quattuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse notiones; nat II 13. Q. Metellus, is cuius quattuor filii consulares fuerunt; Bru 81. cum quattuor genera sint corporum; nat II 84. quod genus philosophandi minime adrogans arbitraremur, quattuor

Academicis libris ostendimus; div II 1. quod HS IIII ∞ tu ex arca proferebas; Q Rosc 29. cum in quattuor partes vineam divisisset; div I 31. qui quattuor in una provincia quaestores habuerit; Ver II 12. ex quattuor temporum mutationibus omnium initia ducuntur; nat II 49. — B, a. an non intellegis quattuor ante te cucurrisse? div II 144. neque plus quam tres aut quattuor reliqui sunt; Phil II 98. — b. quae quattuor quamquam inter se conligata sunt; of I 15.

quattuordecim, vierzehn: quaestor fuisti abhinc annos quattuordecim; Ver I 34. sedisti in quattuordecim ordinibus; Phil II 44.

quattuorviri, Viermänner: (Antonius) evocavit litteris e municipiis decem primos et IIII viros; A X 13, 1. quattuorviros, quos municipes fecerant, sustulit; Cluent 25.

que, und, auch, sowohl — als auch: A. **anreihend:** I. **am Anfang des Satzes:** a. augurque cum esset; Cato 11. legesque cum magis iudiciis quam verbis sanciendae sint; leg III 46. lunaque suo lumine an solis utatur; div II 10. quantamque pecuniam militibus pollicitus sit; Phil V 53. tantaque est vis talibus in studiis, ut . .; fin V 57. teque oro et obtestor; Planc 104. idemque postea preces repudiavit; sen 12. idemque mittit signa nobis; div I 121. idque cum faciebat; Ver II 33. eique agro pergrande vectigal imponitur; agr II 56. eaque res illum desciscere coëgit; har resp 43. idque testamento cavebit; fin II 102. credoque, id quoque ne fieret, lege sanctum est; leg II 60. vetatque Pythagoras iniussu imperatoris de statione vitae decedere; Cato 73. itaque fecimus; fin III 9. itemque alii de vita, alii de gloria in discrimen vocantur; of I 83. simulque mihi respondeto tu; Vatin 23. cumque nullum genus acerbitatis praetermitteret; Planc 36. cumque duae formae praestantes sint; nat II 47. quodque nemo in summa solitudine vitam agere velit; fin III 65. quoniamque a malis natura declinamus; Tusc IV 13. — b, 1. nariumque item et gustandi † et parte ‖ arte ‖ tangendi magna iudicia sunt; nat II 146. — 2. omninoque ante videri aliquid, quam agamus, necesse est, eique, quod visum sit, adsentiatur; Ac II 39. idemque (animus) cum caelum perspexerit, eaque unde generata (sint), viderit ipsumque ea regentem paene prenderit seseque civem totius mundi agnoverit; leg I 61. — 3. eundemque ferunt haec protulisse et vendidisse exactaque pecunia edixisse, ut . .; nat III 84.

II. **im Satz:** a. ohne andere Copulativpartikel: 1. einmal: a. in Achaia, Asia Pamphyliaque; div Caec 38. Atheniensium Lacedaemoniorumque causa; nat II 154. per Iovem deosque penates; A II 65. mihi tibique; rep I 13. abs te, M. Fanni, a vobisque, iudices; Sex Rosc 12. vobis vestrique similibus; Caecin 103. haec aliaque eius modi; nat III 60. tuae contumaciae, adrogantiae vitaeque universae; Q Rosc 44. adsensionem approbationemque; Ac I 45. ancillulam pedisequamque; de or I 236. omni apparatu ornatuque; Vatin 31. argento auroque; Tusc V 61. ars ratioque; de or III 26. articulis membrisque; de or III 186. ad arcem urbemque retinendam; div II 69. auctoritatem huius ordinis dignitatemque; Marcel 3. in auribus animisque aratorum; Ver III 131. bellis proeliisque; nat II 70. belli domique; rep I 38. bona fortunasque aratorum; Ver III 31. cantu fidibusque; Tusc IV 3. capitis vitaeque discrimen; Ver V 157. celeritates tarditatesque; Tim 31. circulos orbesque; rep VI 15. in coetu consilioque; fin II 77. concilia coetusque; rep VI 13. consideratio contemplatioque; Ac II 127. consideratio cognitioque; fin V 58. in consiliis factisque; of I 14. contra consilium auctoritatemque meam; A VIII 3, 3. officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, vetere consuetudine institutoque maiorum; div Caec 5. de corpore animoque; fin V 36. ad decus honestatemque; of II 9. dis hominibusque invitis; Vatin 38. diem noctemque; agr II 68. domi militiaeque; Tusc V 55. equitum peditumque; leg III 7. in exercitationibus commentationibusque; Bru 105. expilatio direptioque; of II 75. ad vim, facinus caedemque; agr II 77. familiaritas consuetudoque; ep XIII 65, 1. formam speciemque; orat 10. in foro turbaque; rep I 28. frequentia contioque tanta; Phil IV 1. frigora caloresque; nat II 151. gentium generumque; nat I 62. ad gloriam splendoremque; Flac 29. honestum decorumque; of I 107. ab hospitibus clientibusque suis; div Caec 66. summa probitate, humanitate observantiaque; ep XIII 23, 2. imitatio, simulatioque; Ac II 140. inconstantia mutabilitasque; Tusc IV 76. instructu ornatuque; de or III 23. intellegentiae sapientiaeque; Tim 51. ironia dissimulantiaque; de or II 270. iudicia opinionesque; Tusc IV 30. contra omnia iura contraque legem Rupiliam; Ver III 92. laborum dolorumque; Ac I 23. lacertis viribusque; de or I 242. leporem humanitatemque; de or II 271. liberis posterisque; of II 63. ludus campusque noster; de or II 84. ad luxuriam libidinesque suas; Ver V 80. maria terraeque; leg III 3. mentem sensusque; Marcel 10. cum mentum mentemque deponeres; Phil XIII 24. ministrae comitesque; part or 78. iuris, morum consuetudinumque; rep III 17. in motu statuque; de or I 251. motus conversionesque; Tusc V 69. ad meum munus pensumque; de or III 119. natura ratioque; of I 14. nive pruinaque; nat I 24. nodum vinculumque; Tim 13. in verborum, numerorum vocumque iudicio; de or III 195. ad occasum interitumque rei publicae; Sulla 33. officiis benivolentiaque; Planc 28. operam curamque; nat I 6. opinionum iudiciorumque; Tusc IV 31. ad ordinem conlocationemque; de or II 307. horum ora vultusque; Catil I 1. a parentibus maioribusque; rep I 35. peccatis vitiisque; A VIII 13, 2. ad pestem perniciemque; of II 51. in bonis, praedibus praediisque vendundis; Ver I 142. princeps latronum duxque; Phil XIV 27. tuis probris flagitiisque; Ver I 78. prudentiam intellegentiamque; of I 156. nulla ratione nullaque doctrina; Tusc I 30. prae rectis honestisque; fin IV 73. religionem caerimoniamque; leg II 55. rerum sententiarumque; leg I 52. sacris caerimoniisque retinendis; div II 148. succurrere saluti fortunisque communibus; Rabir 3. sapientiam temperantiamque; agr II 64. senatui populoque Romano; Planc 26. senatui reique publicae; Marcel 3. sententia tabellaque; ep I 9, 17. similitudinem aequalitatemque verborum; part or 21, socium comitemque; ep I 9, 22. tutelae, sodalitatis familiaritatisque; Ver I 94. solstitiis brumisque; nat II 19. species cogitatioque; A XIV 22, 2. stomacho iracundiaque; Bru 246. studium curamque; of III 4. res gestae terra marique; imp Pomp 68. scriptor, testis arbiterque; Q Rosc 38. timiditatem ignaviamque; fin I 49. varietas dissimilitudoque; div II 96. veri falsique; Ac II 29. cum urbem vi copiisque cepisset; Ver IV 120. nostrae vitae sanguinique; Phil XIV 27. vitae necisque; rep III 23. vitae consuetudinisque nostrae; ep I 9, 23. umbram noctemque; rep IV 1. ad nostrum usum moremque; de or III 95. — b. inter Esquilinum Quirinalemque montem; rep II 11. quicquid aequum iustumque esset; fin III 71. homines amplissimi nobilissimique; Cluent 197. bonis firmisque populis; leg II 35. castus animus purusque; div I 121. certis destinatisque sententiis; Tusc II 5. adfectio animi constans conveniensque; Tusc IV 34. in dubium incertumque revocabuntur; Caecin 76. quis se tam durum agrestemque praeberet? orat 148. quiquam excelsum magnificumque; opt gen 12. ad causas forenses popularesque; Bru 44. se grande

ornatumque contemnere; opt gen 12. litterae gratae iucundaeque sunt; A VII 17, 1. gravi diuturnaque iam flagramus infamia; Ver pr 5. ab hostilibus externisque bellis; ep V 12, 2. ex eadem alteraque natura; Tim 27. impuri impudicique versantur; Catil II 23. integer quietusque iudex; de or II 187. si Volaterranos integros incolumesque esse volueris; ep XIII 4, 3. ex locis tam longinquis tamque diversis; imp Pomp 46. etsi omnes maestos adflictosque vidi; A IX 19, 1. maximis plurimisque criminibus; Ver II 142. a minutis angustisque concertationibus; de or III 121. quo fuerim moderatior temperatiorque; ep XIII 29, 7. nocentem nefarium impiumque; of II 51. nostra patrumque memoria; Ver III 125. omnes noti ignotique; Ver I 31. novos veteresque cives; Caecin 101. qui tibi purior, pudentior, humanior, officiosior liberaliorque videatur; Q Rosc 18. placidam quietamque constantiam; Tusc IV 10. privatis publicisque litteris; Ver pr 33. urbem pulcherrimam florentissimamque; Catil II 29. quanta sint ea quamque iucunda; fin I 62. qui qualesque sint; nat II 71. a reconditis abstrusisque rebus; Bru 44. in hoc orbis terrae sanctissimo gravissimoque consilio; Catil I 9. (animus) simplex unusque; Ac II 124. ratione stabili firmaque; of I 67. tanti philosophi tamque nobilis; fin II 28. temperantissimi sanctissimique viri monumentum; Ver IV 83. tot tantaque ornamenta; Ver V 83. tot tantosque viros; Tusc I 32. in tuis amicorumque tuorum tectis; Ver pr 57. tam variae tamque discrepantes sententiae; nat I 1. cum ita vehemens acerque venisset; Caecin 28. auxilio vestro ceterorumque ordinum; sen 10. usus vulgaris communisque; fin III 3. — c. ut aut iuste pieque accusaret aut acerbe indigneque moreretur; Cluent 42. qui tam acute arguteque coniecerit; Bru 53. tam aperte palamque dixisset; Ver pr 18. si apte numeroseque dixerunt; orat 219. unum (genus) attenuate presseque, alterum sublate ampleque dicentium; Bru 201. diu multumque quaesita; Sulla 73. satis diu multumque defleta sunt; Phil XIII 10. modo id eleganter enucleateque faciat; orat 28. ut feliciter prospereque eveniret; Muren 1. ei mihi videntur fortunate beateque vixisse; Bru 9. graviter erit vehementerque dicendum; part or 135. magnifice, graviter animoseque vivere; of I 92. honeste beateque viverent; leg II 11. qui horride inculteque dicat; orat 28. impie scelerateque commiserunt; Sex Rosc 67. inhumane feceris contraque naturae legem; of III 30. iuste: ſ. acerbe. late longeque diffusa laus; Balb 13. doctrina cum longe lateque flueret; Tusc IV 2. ut omnia ornate copioseque dicat; de or III 76. ornate politeque dixisti; Cael 8. cur id tam parce tamque restricte faciant; fin II 42. ut pariter aequaliterque respondeat; Lael 56. quae pedetemptim cauteque dicentur; Ver pr 18. erat perfecte planeque eruditus; Bru 282. quaecumque accidant publice privatimque incommoda; Ver IV 113. ut recte sit honesteque vivendum; Ver III 2. te recte vereque sensisse; ep VI 21, 2. nisi idem honeste, sapienter iusteque vivat; Tusc V 26. se satis superque habere; Q Rosc 11. quod quamquam scienter eleganterque tractabat; Bru 283. studiose diligenterque curabo; ep X 3, 4. quae subabsurde salseque dicuntur; de or II 275. sublate: ſ. attenuate. summatim breviterque descripsimus; orat 50. numeris varie dissimulanterque conclusis; Bru 274. vere vehementerque pugnavit; Piso 27. — d. a primis inchoatisque naturis; nat II 33. quod semel ille iterumque neglexit; div I 54. pueri annorum senum septenumque denum; Ver II 122. uno eodemque tempore; sen 18. unus animus idemque; Lael 92. — e. addendo deducendoque; of I 59. amavi dilexique; ep XV 7. ablata ereptaque essent; Ver I 59. colant diligantque; leg III 5. conciliatura coniunc-turaque sit; ep V 7, 2. deficere sol extinguique visus est; rep VI 24. nomen delendum tollendumque curasse; Ver IV 80. deletum exstinctumque esse; ep V 13, 3. homo diruptus dirutusque; Phil XIII 26. disseminato dispersoque sermoni; Planc 56. dandis recipiendisque meritis; Lael 26. ad animos excitandos inflammandosque; har resp 41. excubabo vigilaboque; Phil VI 18. quae faciebant quaeque dicebant; Sest 96. ferri tolerarique; Tusc II 30. fictos simulatosque vultus; Cluenl 72. in pictis, fictis, caelatisque formis; nat II 145. fractum abiectumque; Tusc IV 64. imperandi prohibendique sapientia; leg II 8. laudo vehementissimeque comprobo; imp Pomp 69. legendo quaerendoque; Sest 47. metiendi ratiocinandique utilitate; Tusc I 5. obsecrare obtestarique; ep II 1, 2. obtemperent oboediantque; leg III 5. onerandum complendumque pectus; de or III 121. oro obtestorque te; ep VI 22, 2. ad patiendum tolerandumque; Tusc II 18. qui pulsus fugatusque sit; Caecin 64. percipi comprehendique; Ac II 105. peto quaesoque; ep V 4, 2. praebeam praestemque; ep IV 8, 1. sit praedictum praesensumque; div I 125. potestatem probandi improbandique; Ver III 175. quaeso oroque vos; Phil VII 8. redargui refellique; Tusc II 5. rogandi orandique sunt; Tusc IV 78. spoliavit nudavitque; Ver pr 14. tenere tuerique; fin III 72. ad vivendum crescendumque; fin V 26. — f. quas (res) egit agitque; prov 24. multa detrahunt detrahique patiuntur; Lael 57. quae dico dicturusque sum; Phil II 57. te iam iamque visurum me; A XII 5, 4. plurimum et longe longeque plurimum; fin II 68. cum cotidie magis magisque minitarentur; Phil I 5. provinciae Galliae optime de re publica meritae merentisque; Phil V 36. litteras misit mittendasque curavit; Ver V 15. plus plusque diligo; A VI 2, 10. summo ingenio summaque prudentia; Phil II 13. tanto consensu tantoque clamore; Phil IV 2. locum tenet semperque tenuit; Flac 64. Scipio vivit semperque vivet; Lael 102. — g. cur id nomen infimum in lituraque sit; Ver I 92. inviti raroque decedunt; Ver III 96. venisti omnibus inscientibus noctuque; Piso 89. audisti multa eaque saepissime; Phil I 34. nos penitus totosque tradimus; Tusc V 5. maior etiam (lepos erat) magisque de industria; of I 108. quae quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium; par 4. facis amice mihique gratissimum; A VIII 2, 2. — h. senatus decrevit populusque iussit; Ver II 161. cum L. Flacci res agatur, cumque non modo non degenerarit L. Flaccus, sed . .; Flac 25. cum omnes essent sordidati, cumque hoc satis esset signi; Sest 27. si sint ea genera divinandi vera, esse deos, vicissimque, si di sint, esse qui divinent; div I 9. posteaquam honoribus inservire coepi meque totum rei publicae tradidi; of II 4. — i. desunt omnino ei populo multa in primisque libertas; rep II 43. magno vir ingenio in primisque clarus; of II 59. confugit in huius domum itaque ad primos pervenit comoedos; Q Rosc 30. ut mihi semper Scipionis fore videantur itaque dicantur; Ver II 87. naturalem appetitionem itemque officium; fin IV 39. de prudentia itemque de iustitia disputatum est; of III 96. rem unam praeclarissimam omnium maximeque laudandam; fin V 69. remove perturbationes maximeque iracundiam; Tusc IV 54. ne incognita pro cognitis habeamus iisque temere adsentiamur; of I 18. cui nihil procedit caduntque ea taeterrime; A X 12, 1. non ferebat iracundiusque respuebat; Bru 236. nemo fuit, qui non surrexerit telumque adripuerit; Ver IV 95. pertinax non ero tibique adsentiar; fin I 28. nulla vox est audita consulum, constitutumque est . .; Sest 65. numquam illa dicet facta fortuito naturalemque rationem omnium reddet; div II 61. te facturum esse.

teque nihil fecisse . .; fin II 74. quoniam dant aliquid idque non parvum; div I 113. cum reliquae virtutes rapiantur ad tortorem nullumque recusent nec supplicium nec dolorem; Tusc V 13. danda opera est, ne tributum sit conferendum, idque ne eveniat, erit providendum; of II 74. quodsi nihil est tam contra naturam quam turpitudo nihilque tam secundum naturam quam utilitas; of III 35. de virtutibus et vitiis omninoque de bonis rebus et malis; Ac I 15. — 2. wiederholt: suas segetes fructusque omnes arationesque vacuas; Ver III 69. ornatissimum prytanium, amplissima curia templumque egregium Iovis Olympii ceteraeque urbis partes; Ver IV 119. noster (est) equitatus, maximeque noster est Brutus semperque noster; Phil X 14. nihil minus, contraque illa hereditate dives ob eamque rem laetus; fin II 55. animo magno elatoque humanasque res despiciente; of I 61. tam claram tamque testatam rem tamque iustam; A XIV 12, 1. principia ponentur denuntiabiturque periculum excitabunturque animi; part or 121. praemia spopondistis; eodemque die D. Bruti factum conlaudastis, quodque ille bellum susceperat, id comprobastis; Phil V 28. cum a populo Romano pestiferi cives desciverint, cumque id bellum geramus, cumque harum rerum decertatio consulibus optimis commissa sit; Phil XI 21. Magnum Pompeium pro sua pristina virtute fecisse, eamque rem gratam acceptamque esse, eique honori dignitatique eam rem fore; Phil XIII 50. vicissitudines dierum commutationesque temporum eorumque omnium moderatorem solem lunamque significantem dies; Tusc I 68. cum C. Pansa initium cum hostibus confligendi fecerit ipseque vulnera acceperit, cumque A. Hirtus exercitum castris eduxerit impetumque in M. Antonium exercitumque hostium fecerit eiusque copias occidione occiderit, cumque C. Caesar sua castra feliciter defenderit copiasque hostium occiderit; Phil XIV 36.

b. mit andern Copulativpartikeln: 1. affirmativ: pacem ac veniam peto precorque ab iis, ut . .; Rabir 5. occupavi te atque cepi omnesque aditus tuos interclusi; Tusc V 27. caelum totum ornatum lunaeque luminum varietatem eorumque omnium ortus atque immutabiles cursus; nat II 95. male de se mereri sibique inimicus esse atque hostis, vitam denique fugere; fin V 29. id eum recte et ordine exque re publica fecisse; Phil V 36. quid tam compositum tamque compactum et coagmentatum inveniri potest? fin III 74. ex hac terrena mortalique natura et caduca; Tusc I 62. canum tam fida custodia tamque amans dominorum adulatio tantumque odium in externos et tam incredibilis sagacitas narium; nat II 158. Socrates omnesque Socratici Zenoque et ii, qui ab eo essent profecti; div I 5. cum a M. Lepido res publica bene gesta sit populusque Romanus intellexerit ei dominatum regium maxime displicere, cumque eius opera bellum civile sit restinctum, Sextusque Pompeius ab armis decesserit et a M. Lepido civitati restitutus sit; Phil V 40. cum videmus speciem primum caeli, dein conversionis celeritatem, tum vicissitudines dierum, tum quinque stellas ferri, tum globum terrae, tum multitudinem pecudum, hominemque ipsum atque hominis utilitati agros omnes et maria parentia; Tusc I 68, 69. — 2. negativ: non exaggerantes neque excludentes potiusque amicis impertientes; of I 92. ut eorum probetur fides, nec sit in eis ulla cupiditas, sintque magna constantia; Lael 19. nec illa exstincta sunt aluntur que potius memoria mea et adfert aetas solacium; Lael 104.

B. correspondierend: 1. quibus (sollicitudinibus) eorum animi „noctesque diesque" exeduntur; fin I 51. a poëtis „pater divomque || divumque || hominumque" dicitur; nat II 64. »quorum pietasque fidesque praestitit«; div I 21. — 2. et ii cernunt illa, multisque rebus inflammantur tales animi; div I 114. ut et vescamur iis (beluis) et exerceamur in venando et utamur domitis multaque remedia eligamus; nat II 161. — 3. se nec paupertate terreri, omniaque sibi in sese esse posita, nec esse quicquam . .; Tusc V 30. nec acerbitatem sententiarum nec disserendi spinas probavit fuitque inlustrior semperque habuit in ore Platonem; fin IV 79.

quem ad modum s. modus, V, 3.

queo, können: I, 1. „nequire" pro „non quire"; orat 154. — 2. nitor non ad animum, sed ad vultum ipsum, si queam, reficiendum; A XII 14, 3. — II. quod adsequi non queas; of I 110. nihil agentem deum non queunt cogitare; nat I 101. ne ea non queamus cognoscere; de or I 250. nisi id queas dicere; Bru 110. hoc non queo differre; Q fr II 6. 1. ferre non queo; A XIV 11, 1. cum ipsi auxilium ferre, si cupiunt, non queant; rep I 9. mirari satis non queo; de or I 165. ut non queam satis huius eventum fortunamque miserari; Muren 55. non queo reliqua scribere; ep XIV 1, 5. etiamsi portum tenere non queas; ep I 9, 21. ut ibi beate queant vivere; Tusc V 108.

quercus, Eiche: I. dum Latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur || dicetur ||; leg I 1. „glandifera" illa quercus, ex qua olim evolavit »nuntia fulva Iovis«, nunc sit haec; leg I 2. — II, 1. dico: s. I. — 2. evolo ex: s. I. nescio quid e quercu exsculpseram, quod videretur simile simulacri; A XIII 28, 2. — III. ibi quercorum rami ad terram iacent; fr F XII. — IV. praeter quercum Dodonaeam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur; A II 4, 5.

querela, Klage, Beschwerde: I. providendum est, ne quae iusta querela esse possit; ep XI 12, 2. in qua (Antonii contione) erat querela de damnatis; A VII 8, 5. mira hominum querela est sine magistratibus urbem esse; A VII 11, 4. — II, 1. civitatis pudentis iustum dolorem querelasque cognoscite; Flac 55. acceptae iniuriae querelam ad quem detulistis? Ligar 25. ut vestrum illud divinum *in* rem publicam beneficium non nullam habeat querelam; ep X 28, 1. s. 2. querelas senatus pertulerunt; Quir 11. querelam praeteritorum dierum sustulit oratio consulum; Phil V 1. — 2. (Statius) intervenit non nullorum querelis, quae apud me de illo ipso habebantur; Q fr I 2, 2. — 3. de horum querelis cotidie aliquid tecum simul audiebam; Planc 101. — III. quae (epistula) plena stomachi et querelarum est; Q fr III 8, 1 — IV. abiit huius tempus querelae; Cael 74. — V, 1. eorum querela inveterata non modo familiaritates exstingui solere, sed odia etiam || e. o. || gigni sempiterna; Lael 35. — 2. quid in illis (litteris) fuit praeter querelam temporum? ep II 16, 1.

queribundus, klagend: qui cum de carcere magna et queribunda voce dicebat; Sulla 30.

querimonia, Klage, Beschwerde: I. liberae querimoniae de aliorum iniuriis esse dicuntur; imp Pomp 41. — II. cum totius Siciliae cotidie gemitus querimoniasque audires; Ver III 52. ad me hanc querimoniam praeter ceteras Sicilia detulit; Ver V 130. Romae querimoniae de tuis iniuriis habebantur; Ver III 132. — III. ne novo querimoniae genere uti possit; Ver I 24. — IV, 1. eo metu iniecto repente magna querimonia omnium discessimus; Q fr II 1, 3. — 2. cur cogis sodalis filium hanc vocem cum dolore et querimonia emittere? Ver I 94. praeter: s. II. de fero.

queror, klagen, beklagen, sich beschweren: I, 1. si (puer occidit) in cunis, ne querendum quidem (putant); Tusc I 93. — 2. queruntur Siculi universi; div Caec 11. quererer tecum atque expostularem, ni . .; ep III 10, 7. — II, 1. ut maxime de religione

quererentur; Ver IV 113. an de interitu rei publicae queri non debui? Phil II 6. quid de aliorum iniuriis querar? ep I 4, 3. queri de Milone per vim expulso; A IX 14, 2. f. III. alqd. — 2. neque tam quererer cum deo, quod parum longe, quam quod falsum viderem; Ac II 81. te secum esse questum, quod tibi obviam non prodissem; Q fr III 7, 4. — 3. ne quis se non satis laudatum queri posset; Bru 251. queri coepit se in vincla esse coniectum; Ver V 160. Dionysius noster queritur et tamen iure a discipulis abesse *se* tam diu; A XIII 2, b (3). — III. accedebat, ut haec tu adulescens pro re publica queri summa cum dignitate existimarere; de or II 198. ibi cum Drusus multa de Philippo questus esset; de or III 2. non omnia, quae dolemus, eadem queri iure possemus; Flac 57. pauca querar de hesterna Antonii iniuria; Phil I 11. quorum plerique aut queruntur semper aliquid aut etiam exprobrant; Lael 71. quid ego Ostiense incommodum atque illam labem atque ignominiam rei publicae querar? imp Pomp 33. Roma acceperam litteras Milonem meum queri per litteras iniuriam meam; A V 8, 2. labem: f. ignominiam. quae si queri velim praeterita; Q fr I 3, 6.

questio, Klage: habebat (Antonius) flebile quiddam [in questionibus] || in questionibus, in conquestionibus ||; Bru 142.

questus, Klage, Wehklage: qui questus, qui maeror dignus inveniri [in] calamitate tanta potest? Quinct 94.

rogator, Antragsteller, Stimmensammler: I. haruspices introducti responderunt non fuisse iustum comitiorum rogatorem; nat II 10. — II, 1. quando illa dignitate rogatores, diribitores custodesque vidistis? sen 28. — 2. quamquam haec epistula non suasoris est, sed rogatoris; A XVI 16, 9.

rogatus, Bitte, Ersuchen: cogor non num-

quam homines non optime de me meritos rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere; ep VII 1, 4. cum rogatu sociorum nomen hominis audacissimi detuli; Ver I 15. ei (Demetrio Megae) Dolabella rogatu meo civitatem a Caesare impetravit; ep XIII 36, 1. feci non invitus, ut prodessem multis rogatu tuo; Lael 4. cum hanc causam Siculorum rogatu recepissem; Ver pr 34. Thyillus te rogat et ego eius rogatu Εὐμολπιδῶν πάτρια; A I 9, 2.

rogito, fragen: regum sunt haec imperia: „animadverte et dicto pare“ et „praeter rogitatum † si pie“ || si quid, al. ||; Rab Post 29.

rogo, befragen, fragen, beantragen, zur Wahl vorschlagen, ersuchen, bitten: I, 1, a. hocine a maioribus accepimus ius rogandi? Phil I 26. — b. quae posteaquam iste omnia abstulit alia rogando, alia poscendo, alia sumendo; Ver II 84. — 2, a. etiamsi iure esset rogatum; Sest 73. — b. profecto hinc natum est: „malo emere quam rogare“; Ver IV 12. ego non iustus, qui et consul rogavi et augur et auspicato? nat II 11. mortuo rege Pompilio Tullum Hostilium populus regem interrege rogante comitiis curiatis creavit; rep II 31. si, tribuno plebis rogante, „VELITIS IUBEATISNE“, Fidulii centum se velle et iubere dixerint; dom 80. — II, 1. Caesar dixit se senatui roganti de Marcello ne ominis || hominis || quidem causa negaturum; ep IV 4, 3. estne aut tui pudoris aut nostri primum rogare de die, deinde plus annua postulare? ep VII 23, 1. — 2. rogavit, essentne fusi hostes; fin II 97. — 3. ab omni societate rei publicae paulisper facessant rogemus; leg I 39. cum (Patro), idem ad te scriberem, rogasset; ep XIII 1, 3. maxime rogo, nos quam primum revisas; A IV 14, 2. quod rogas, curem, ut scias, quid Pompeius agat; A VII 12, 1. — 4. rogare et orare, ne illos supplices aspernarer; div Caec 3. — 5. hortatur et rogat, ut arent, ut serant; Ver IV 44. — 6. si ruere vellem, boni viri me, ut id ne facerem, rogarent; Planc 91. — III. Servilius rogatus rem distulit; ep X 16, 1. numquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quam ad rogatum; Flac 10. hoc per legatos rogandum est? Phil V 27. (Ti. Grachus) comitia consulibus rogandis habuit; div I 33. cum consulatus petebatur, non rogabatur; Phil II 76. Iulias leges et ceteras illo consule rogatas iure latas negant; prov 45. ut (senator) loco dicat, id est rogatus; leg III 40. causa sero perorata sententias se rogaturum negavit; Q fr II 1, 1. mittit rogatum vasa ea; Ver IV 63. — IV, 1. alqm—de: f. 5. Vatin 10. — 2. cum (Demosthenes) rogaretur, quid in dicendo esset primum; de or III 213. — 3. te rogo, ne intermittas scribere ad me; A XI 10, 2. quod Attica nostra rogat te, ne tristis sis; A XIII 19, 1. f. 5. ep XIII 1, 2. — 4. te in maiorem modum rogo, ut C. Curtii rem meam putes esse; ep XIII 5, 3. te rogo, ut me hinc expedias; A XI 18, 1. quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo; A XVI 16, 18. eum (regem) pluribus verbis rogat, ut id ad se mittat; Ver IV 64. — 5. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo; ep XIII 5, 3. hoc te ita rogo, ut maiore studio rogare non possim; Q fr I 2, 11. quae te de te ipso rogaro; Vatin 10. nunc te illud primum rogabo, ne quid invitus mea causa facias; ep XIII 1, 2. Racilius de privatis me primum sententiam rogavit; Q fr II 1, 3. Marcellinus sententiam primus rogatus; A IV 2, 4.

rogus, Scheiterhaufen: I. cum (Callanus) inscenderet in rogum ardentem; div I 47. — II, 1. quod (lex) »rogum bustumve novum« vetat »propius sexaginta pedes adigi || adici || aedes alienas invito domino«; leg II 61. beatam vitam usque ad illum a Cyro exstructum rogum pertulisset; fin III 76. »rogum ascea ne polito«; leg II 59. — 2. Metellum multi filii filiae, nepotes neptes in rogum imposuerunt; Tusc I 85. inscendo in: f. I. — III. usque ad: f. II, 1. exstruo.

roro, träufeln: me delectant pocula minuta atque rorantia; Cato 46.

ros, Tau, Naß: I. »cum primum gelidos rores aurora remittit«; div I 14. — II. »quae (Martia) parvos uberibus gravidis vitali rore rigabat«; div I 20.

rosa, Rose, Rosenkranz: I. reticulum ad nares sibi admovebat plenum rosae; Ver V 27. — II, 1. sertis redimiri iubebis et rosa? Tusc III 43. — 2. an tu me in viola putabas aut in rosa dicere? Tusc V 73.

rostratus, mit einem Schnabel: intentio est: „rostrata navis in portu deprehensa est“; inv II 98.

rostrum, Schnabel, Rüssel, Schnauze, Schiffsschnabel, pl. Rednerbühne: I. non curia vires meas desiderat, non rostra; Cato 32. — II, 1. iam M. Antonii in eis ipsis rostris, in quibus ille rem publicam constantissime consul defenderat quaeque censor imperatoriis manubiis ornarat, positum caput fuit; de or III 10. — 2. rem a subselliis ad rostra detulit; Cluent 111. hi habitabant in rostris; Bru 305. pono in: f. 1. sedebat in rostris conlega tuus; Phil II 85. cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis; Phil IX 10. — III. cibum (animalia) partim unguium tenacitate adripiunt, partim aduncitate rostrorum; nat II 122. — IV, 1. sus rostro si humi A litteram impresserit; div I 23. — 2. ut semper in rostris curiam defenderim; Piso 7. f. II, 1.

rota, Rad: I. »hunc tangit rota fervida solis«; H IV, a, 527. — II, 1. ne tum quidem fortunae rotam pertimescebat; Piso 22. — 2. (philosophus) putatur dicere in rotam beatam vitam non escendere; Tusc V 24.

rotunde, abgerundet: ista ipsa, regem, dictatorem, divitem solum esse sapientem, a te quidem apte ac rotunde; fin IV 7.

rotundo, abrunden: (ignem) ad volubilitatem rotundavit; Tim 35.

rotundus (rut.), rund, abgerundet: A. cum ei (Isocrati) Theodorus praefractior nec satis, ut ita dicam, rotundus (videretur); orat 40. rotundum ut caelum terraque ut media sit; de or III 178. erat verborum apta et quasi rotunda constructio; Bru 272. quae conversione rotunda circum medium feruntur; nat II 84. qualis sit volubilis et rotundus deus; nat II 46. quae (stellae) globosae et rotundae circulos suos conficiunt; rep VI 15. — B. qui (locus) est idem infimus in rotundo; Tusc V 69.

rubeo, erröten: rubeo, mihi crede; A XV 4, 3. haerere homo, versari, rubere; Ver II 187.

ruber, rot: ea genera beluarum, quae in rubro mari Indiave gignantur; nat I 97. cum ad Saxa rubra venisset, Phil II 77.

rubeta, Frosch: inest in || † in revis et, in rubetis et || ranunculis vis et natura quaedam; div I 15

rubor, Röte, Schamröte, Schamhaftigkeit: I. ex quo fit, ut pudorem rubor consequatur; Tusc IV 19. — II. fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur; orat 79. praestet idem (orator) ingenuitatem et ruborem suum verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda; de or II 242. — III. medicamenta: f. II fuco.

ructo, aufstoßen: I. unde tu nos turpissime ructando eiecisti; Piso 13. — II. magister equitum, cui ructare turpe esset; Phil II 63. confer sudantes, ructantes; Tusc V 100.

ructus, Aufstoßen: illi (Stoici) etiam crepitus aiunt aeque liberos ac ructus esse oportere; ep IX 22, 5.

rudens, Seil, Schiffstau: I. non sane optabilis ista rudentibus apta fortuna; Tusc V 40. — II est

quasi rudentis explicatio sic traductio temporis; div I 127.

rudis, roh, unausgebildet, unfertig, halbfertig, unerfahren, unkundig: A. in minoribus navigiis rudem esse [s e] confiteri, quinqueremes autem gubernare didicisse; de or I 174. aliud est in communi vita et vulgari hominum consuetudine non hebetem nec rudem (esse); de or I 248. idem nec rudis in iure civili; Bru 129. qui omnium rerum rudis esse videatur; Tusc I 57. (animos) teneros et rudes cum acceperunt; leg I 47. significant formam quandam ingenii, sed admodum impolitam et plane rudem; Bru 294. imperiti homines, rerum omnium rudes; Flac 16. L. Sulla, non rudis imperator; Muren 32. si rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas perennis et profluens; de or III 185. fateor callidum quendam hunc (oratorem) et nulla in re tironem ac rudem esse debere; de or I 218. quid esse potest in otio iucundius quam sermo facetus ac nulla in re rudis? de or I 32. hominem infirmum in villam apertam ac ne rudem quidem etiam nunc invitare nolui; Q fr II 8 (10) 2. — B. si id ipsum rudes et indocti iudicare potuissent; Ac II 9.

rudis, Rapier: tam bonus gladiator rudem tam cito? Phil II 74.

ruga, Falte, Runzel: I. non cani nec rugae repente auctoritatem adripere possunt; Cato 62. — 2. isne quemquam rugis supercilioque decepit? sen 15.

ruina, Einsturz, Umsturz, Trümmer, Untergang, Zerstörung: I. ut extra ruinam sint eam, quae impendet; A XI 24, 2. — II, 1. deflevi subitas fundatissimae familiae ruinas; dom 96. si (Academia) invaserit in haec, nimias || miseras || edet ruinas; leg I 39. invitus facio, ut recorder ruinas rei publicae; Vatin 21. — 2. quod priora tempora in ruinis rei publicae nostrisque iacuerunt; ep V 17, 1. sum extra: f. I. — III. Pomponiam et puerum versari in timore ruinae; A II 4, 7. — IV, 1. conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse; ea ruina ipsum cum cognatis oppressum suis interisse; de or II 353. — 2. quod post has ruinas mihi non acciderat; A X, 1, 1.

ruinosus, baufällig: male materiatae *sint* (aedes), ruinosae; of III 54.

ruminatio, Wiederholung: vidi ex tuis litteris, quid ageretur, de ruminatione cotidiana; A II 12, 2.

rumor, Gerücht, Gerede, Volksstimme, Beifall, Ruf: I. rumoris nescio quid adflaverat commissione Graecorum frequentiam non fuisse; A XVI 5, 1. de Cn. Minucio rumores duriores erant; ep XII 25, 7. Puteolis magnus est rumor Ptolomaeum esse in regno; A IV 10, 1. illum (Caesarem) discessisse Alexandrea rumor est non firmus ortus ex Sulpicii litteris; A XI 25, 2. scribent alii, multi nuntiabunt, perferet multa etiam ipse rumor; ep II 8, 1. serpit hic rumor; Muren 45. rumor dictatoris iniucundus bonis; Q fr III 8, 4. — II, 1. levitatis est inanem aucupari rumorem; Piso 57. ut rumorem bonum conligant, erubescunt; leg I 50. rumoribus improbissimis dissipatis; Phil XIV 10. de regina rumor exstinguetur; A XV 1, 5. te nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire; ep IX 2, 5. — 2. rumoribus credi oportere et non oportere; inv II 50. — III. alqd: f. I. totam opinionem parva non numquam commutat aura rumoris; Muren 35. — IV. quae (res) rumore non nullo creverat; Muren 37. qui rumore et favore populi tenetur et ducitur; Sest 115. quod multitudinis rumore laudetur; fin II 49. teneri: f. duci.

rumpo, zerreißen, zerbrechen, sprengen, brechen, verletzen, aufheben: ut his malis rei publicae licentiaque audacium, qua antea rumpebar, nunc ne movear quidem; Q fr III 9, 1. hunc quisquam foedera scientem neglexisse, violasse, rupisse dicere audebit? Balb 13. iactare se in causis centumviralibus, in quibus testamentorum ruptorum aut ratorum iura versentur; de or I 173. quia constat agnascendo rumpi testamentum; de or I 241. inflatas rumpi vesiculas; div II 33. si quis eorum vincula ruperit; Catil IV 8.

rumusculus, Gerede, Geschwätz: imperitorum hominum rumusculos aucupati; Cluent 105. quas (historias) ego multo magis vereor quam eorum hominum, qui hodie vivunt, rumusculos; A II 5, 1.

ruo, stürzen, sinken, eilen, stürmen, sich überstürzen, einstürzen, ausgraben: I. ille demens ruere; A IV 3, 2. illum ruere nuntiant et iam iamque adesse; A VII 20, 1. illud recte times, ne (Caesar) ruat. si desperarit, certe ruet; A X 12, a, 3 (12, 6). multa ruunt et maxime communitas cum hominum genere, caritas, amicitia, iustitia, reliquae virtutes; Ac II 140. nemo est, quin intellegat ruere illam rem publicam; Ver V 12. ego bonos viros sequar, etiamsi ruent; A VII 7, 7. virtutes: f. alqd. — II. cum ex lege quaeritur, quae sint ruta caesa; part or 107. cum aedes fundumve vendiderint rutis caesis receptis; Top 100.

rursus, rursum, rückwärts, zurück, umgekehrt, dagegen, andrerseits, wieder, von neuem: rem augere posse laudando vituperandoque rursus adfligere; Bru 47. quia (stellae) tum occultantur, tum rursus aperiuntur; nat II 51. cum contueri licebit eius (terrae) et habitabiles regiones et rursum cultu vacantes; Tusc I 45. quam diu tu voles, vitiosus consul Dolabella; rursus, cum voles, salvis auspiciis creatus; Phil II 84. quae cum dixisset, sic rursus exorsus est; Ac II 13. a quo (igne) rursum animante ac deo renovatio mundi fieret; nat II 118. cum cupio tibi parcere, rursus immuto voluntatem meam; Sex Rosc 95. alii rursum isdem a principiis omne officium referent; fin V 19. quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, neque rursus eam totam repudiaret; de or I 110. rursus eodem revertamur; Sex Rosc 41. refundunt eadem et rursum trahunt indidem; nat II 118. videamus rursus vim naturamque legis; leg II 8. Italiae rursus percursatio eadem comite mima; Phil II 62.

rus, Feld, Landgut, Land: I, 1. habet animi causa rus amoenum; Sex Rosc 133. urbe relicta rura peragrantes saepe soli sumus; of III 1. — 2. cum in sua rura venerunt; Tusc V 102. — II, 1. qui ruri semper habitarit; Sex Rosc. 39. quam (Atticam) ruri esse arbitror; A XIII 49, 1. — 2. cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te; ep V 20, 9.

rusticanus, ländlich, vom Lande, auf dem Lande, bäuerisch: A. ut L. Cotta illud, quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum; de or III 42. quo ore homines rusticanos ex municipiis solitus sit appellare; Ver I 127. homines illius ordinis ex municipiis rusticanis; Sex Rosc 43. rusticana illa atque inculta parsimonia; Quinct 92. C. Marius, rusticanus vir, sed plane vir; Tusc II 53. vitam hanc rusticanam suavissimam esse arbitrantur; Sex Rosc 48. — B. accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum; de or I 239.

rusticatio, Aufenthalt auf dem Lande: peregrinationes rusticationesque communes (erant); Lael 103.

rustice, bäuerisch: (Brutus) nihil tam videtur potuisse facere rustice; A XII 36, 2. eius patrem non vaste, non rustice, non hiulce (locutum esse), sed presse et aequabiliter et leviter; de or III 45.

rusticor, sich auf dem Lande aufhalten: I. liceat modo rusticari! ep XVI 23, 1. — II. socerum suum Laelium semper fere cum Scipione solitum rusticari; de or II 22. ut sciam, quid

(Attica) garriat, sin rusticatur, quid scribat ad te; A XII 1, 1.

rusticulus, Landmann: sensit rusticulus non incautus suum sanguinem quaeri; Sest 82.

rusticus, ländlich, vom Lande, bäuerisch, plump, den Landbau betreffend, Landmann: A. rusticum Marium! Piso 58. ne quid durum aut rusticum sit; of I 129. neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus; de or III 44. de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum, Nicandrum Colophonium, poëtica quadam facultate, non rustica, scripsisse praeclare; do or I 69. in rusticis moribus istius modi maleficia gigni non solere; Sex Rosc 75. possessiones notabat et urbanas et rusticas; Phil V 20. cui nostrum [non] licet res rusticas vel fructus causa vel delectationis invisere? de or I 249. f. facultas. ut vectigalia urbana rusticis (anteponantur); of II 88. — B. I. cuidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret..; div I 55. sunt municipales rusticique Romani optimates; Sest 97. — II, 1. ante rusticis detur ager, qui habent, quam urbanis? agr II 79. — 2. do: f. 1. videor: f. I. dormit. — III. illi Capuam nundinas rusticorum esse voluerunt; agr II 89. qua (tralatione) frequetissime sermo omnis utitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum; orat 81.

ruta, Raute, Bitterkeit: I. „ruta" et „menta" recte utrumque; volo mentam pusillam ita appellare ut „rutulam"; non licet; ep IX 22, 3. — II. ad cuius (Leptae) rutam puleio mihi tui sermonis utendum est; ep. XVI 23, 2.

rutilus, rötlich: »quem (Leonem) rutilo sequitur conlucens corpore Virgo«; fr H IV, a, 568. (est fulgor) rutilus horribilisque terris, quem Martium dicitis; rep VI 17. „rutilo cum lumine claret Canis«; fr H IV, a, 348.

rutula, Raute: f. **ruta.**

Sacco, Säckler, Einsäckler: Oppios de Velia saccones || succones || dicis; A VII 13, 5.

saccus, Sack: cum iste civitatibus frumentum, saccos imperaret; Ver I 95.

sacellum, Heiligtum, Kapelle: I. sunt loca publica urbis, sunt sacella, quae post restitutam tribuniciam potestatem nemo attigit, quae maiores in urbe partim periculi perfugia esse voluerunt; agr II 36. — II. attingo: f. I. L. Pisonem quis nescit maximum et sanctissimum Dianae sacellum in Caeliculo sustulisse? har resp 32.

sacer, heilig, geheiligt, geweiht, subst. Heiligtum, Feier, Opfer: A. ut noctu vigilias agerent ad aedes sacras; Ver IV 93. quibus (facultatibus) et sacra conficere et sarta tecta aedium sacrarum tueri possint; ep XIII 11, 1. sacer an profanus locus sit; inv I 38. plebs montem sacrum occupavit; rep II 58. de religionibus sacris et caerimoniis est contionatus Clodius; har resp 8. terra ut focus domiciliorum sacra deorum omnium est; leg II 45. qui est in summa sacra via; Planc 17. — B. I. quid huic sacri umquam fore aut quid religiosi fuisse putatis? Ver IV 71. »sacra privata perpetua manento«; leg II 22. — II, 1. qui sacra acceperit; Bru 79. audite etiam singularem eius cupiditatem, in iis praesertim sacris polluendis, quae non modo manibus attingi, sed ne cogitatione quidem violari fas fuit; Ver IV 99. qui (maiores tui) sacra privata coluerunt; dom 105. ut anniversaria sacra Iuventatis non committerentur; A I 18, 3. conficio: f. A. aedes. quae sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum fiant; Ver IV 102. polluo, violo: f. attingo. siquidem sacra nocturna tollimus; leg II 35. — 2. cur sacris pontifices, cur auspiciis augures praesunt? nat I 122. — 3. cum omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia divisa sit; nat III 5. — III. quibus verbis sacrorum alienatio fiat; orat 144. si de sacrorum alienatione dicendum putasti; leg III 48. qui estis antistites caerimoniarum et sacrorum; dom 104. religiones caerimoniaeque omnium sacrorum fanorumque violatae; Ver I 7. tu sacrorum iura, tu sacerdotum aperuisti; Ac I 9. ut ne quid de sacrorum religione minuatur; dom 36. f. caerimoniae. meam domum L. Claudius, rex sacrorum, omni religione (liberavit); har resp 12. — IV. eos, qui tantundem caperent, quantum omnes heredes, sacris adligari, leg II 52. qui astringantur sacris; leg II 48. qui (Mercurius) sacris anniversariis coleretur; Ver IV 84. quae (sica) quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit, nescio; Catil I 16. M. Luculli uxorem Memmius suis sacris initiavit; A I 18, 3.

sacerdos, Priester, Priesterin: I. praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt; Ver IV 110. cum sacerdotes deorum vacationem habeant; Ac II 121. ita sacerdos advecta in fanum precata a dea dicitur, ut..; Tusc I 113. — II, 1. adveho: f. I. precatur. ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex conlegio esset inimicus; ep III 10, 9. avunculus tuus populo Romano dedit et potentissimorum hominum conlegiis eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem? fr A VIII 6. eo modo sacerdos Climachias renuntiatus est; Ver II 129. — 2. ut (Plato) a sacerdotibus barbaris numeros et caelestia acciperet; fin V 87. referendum ad sacerdotes publicos non putasti? dom 132. — III. hic, qui in conlegio sacerdotum esset, primus est condemnatus; Bru 127. discriptio ‖ descr. ‖ sacerdotum nullum iustae religionis genus praetermittit: leg II 30. (alter dux) responsa sacerdotum regi Aegyptio vendidit; Piso 48. — IV. quae (sacra Cereris) per Graecas curata sunt semper sacerdotes; Balb 55.

sacerdotium, Priestertum, Priesteramt: I. summa nobilitas est, amplissimum sacerdotium; Phil XIII 8. — II, 1. sacerdotium, cum non difficillime consequi possem, non appetivi; ep XV 4, 13. post sacerdotium initum; dom 135. — 2. tui sacerdotii sunt tensae, curricula, praecentio..; har resp 21. — III. virgo Vestalis, sanctissimo sacerdotio praedita; dom 136. — IV, 1. amplissimi sacerdotii conlegium; ep III 10, 9. quod te sacerdotii iure facere posse dixisti; Phil II 81. — 2. de sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces ex iis litteris; ep II 7, 3. quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur! Lael 96.

sacramentum, Strafsumme, Wette, Eid: I. cum Cotta decemviris religionem iniecisset non posse nostrum sacramentum iustum iudicari; Caecin 97. si decemviri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent; dom 78. — II. gratam illam legem || rem || de multa et sacramento tulerunt; rep II 60. — III. quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret; de or I 42. ut sacramento contendas mea non esse; ep VII 32, 2.

sacrarium, Kapelle, Tempel: I. sacrarium Cereris est apud Catinenses eadem religione, qua Romae; Ver IV 99. — II. haec omnia signa ab Heio e sacrario Verres abstulit; Ver IV 7. qui (C. Avianus Evander) habitat in tuo sacrario; ep

XIII 2. in eo sacrario intimo signum fuit Cereris perantiquum; Ver IV 99. — III. ante ipsum sacrarium Bonae deae; Milo 86.

sacrificatio, Opfer: in ea dea omnis et precatio et sacrificatio extrema est; nat II 67.

sacrificium, Opfer: I, 1. ut illud ludorum epulare sacrificium facerent; de or III 73. cum (M. Popilius) sacrificium publicum cum laena faceret; Bru 56. cum sacrificium Bonae deae fieret; dom 105. neglectis sacrificiis sollemnibus; Phil III 11. sisto: f. 2. vehor ad. — 2. intentio est: „hostiae, quas debuisti ad sacrificium, praesto non fuerunt"; inv II 97. quid de sacrificiis sollemnibus existimandum sit; nat I 14. cum illam (sacerdotem) ad sollemne et statum sacrificium curru vehi ius esset; Tusc I 113. — ille Paean sacrificiis anniversariis apud illos colebatur; Ver IV 128. »certas fruges saerdotes publice libanto certis sacrificiis«; leg II 19.

sacrifico, opfern: principem in sacrificando Ianum esse voluerunt; nat II 67.

sacrilegus, tempelräuberisch, Tempelräuber: A. quorum templis iste bellum sacrilegum semper habuit indictum; Ver V 188. illine tu templo manus impias ac sacrilegas adferre conatus es? Ver I 47. — B, I. si quaeratur, fur sit an sacrilegus, qui vasa ex privato sacra surripuerit; inv II 55. — II, 1. si qui || quis || sacrum ex privato surripuerit, utrum fur an sacrilegus sit iudicandus; inv I 11. — 2 sacrilego poena est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum; leg II 40. — III. Vatinii latronis ac sacrilegi vox audietur? Vatin 15.

sacro, heiligen, weihen, widmen: »auri, argenti, eboris sacrandi modus esto«; leg II 22. cum (Sestius) se contra vim et ferrum legibus sacratis esse armatum putaret; Sest 79. sanctiones sacrandae sunt aut genere ipso atque obtestatione legis aut poena; Balb 33.

sacrosanctus, hochheilig, unverletzlich: sacrosanctum nihil potest esse, nisi quod per populum plebemve sanctum est; Balb 35. utrum (foedus) capitis consecratione an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? Balb 33. in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? Catil II 18.

sacrum, f. sacer, B.

saeculum, (saeclum), Jahrhundert, Zeitalter: I non, si mundus nullus erat, saecla non erant; nat I 24. — II, 1. ut Atheniensium saecla numerantur; Bru 39. non breve tempus, sed multa saecula propagarit rei publicae; Catil II 11. — 2. in id saeculum Romuli cecidit aetas, cum ..; rep II 18. — III. huius rei ne posteritatem quidem omnium saeculorum umquam immemorem fore; Phil II 54. — IV, 1. cur mundi aedificatores innumerabilia saecla dormierint; nat I 21. — 2. saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophi garrire coeperunt; de or II 21. multis saeclis ante suam aetatem; Bru 75. multis saeclis verax fuisse id oraculum; div I 38. — 3. quod ex omnibus saeculis vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum; Lael 15.

saepe, oft: I. quod cum saepe alias, tum nuper in Tusculano studiose egimus; Tusc IV 7. saepe et multum hoc mecum cogitavi; inv I 1. quid? cum saepe lapidum, sanguinis non numquam, terrae interdum, quondam etiam lactis imber defluxit? div I 98. quamquam in ipsum iudicium saepe delabuntur dilabantur, al. ||; post or 100. id quod et dicitur a multis et saepe dictum est; agr I 1. quod vos interdum vel potius nimium saepe dicitis; fin II 41. id velim ne gravere quam saepissime facere; A XI 7, 3. multi saepe honores dis immortalibus iusti habiti sunt; Catil III 23. quae (cupiditates) totam etiam labefactant saepe rem publicam; fin I 43. me tibi cupienti saepissime negasse; de or I 99. ipsum sapientem saepe aliquid opinari, quod nesciat; Muren 63. id ut re experiatur, iterum et saepius te rogo; ep XIII 42, 2. idemne potest esse dies saepius, qui semel fuit? fin II 102. quod diutissime saepissimeque Siciliam vexatam a Karthaginiensibus esse cognorat; Ver IV 73. — II. interitus exercituum, ut proxime trium, saepe multorum, invidiae praeterea multitudinis atque ob eas bene meritorum saepe civium expulsiones, calamitates, fugae sine hominum opibus effici (non) possunt; of II 20. imber: f. I. defluo. manus illa Clodiana, in caede civium saepe iam victrix; Sest 79. — III. testis et iterum et saepius Italia; imp Pomp 30. alterum et a paucis et raro, alterum et saepe et a plurimis; nat III 69.

saepenumero, oftmals: saepenumero admirari soleo tuam sapientiam; Cato 4. cogitanti mihi saepenumero et memoria vetera repetenti; de or I 1. populi Romani suffragiis saepenumero censorias subscriptiones esse sublatas; Cluent 121. de ipsis rebus saepenumero vereor ne reprehendar; fin III 6.

saepes (saeps), Zaun, Gehege: I, *cur Cicero* „saeps"? fr K 7. — II. »densus stridor cum adaugescit scopulorum saepe repulsus«; div I 13.

saepimentum, Umzäunung, Wall: haec omnia quasi saepimento aliquo (animus) vallabit disserendi ratione; leg I 62.

saepio, umzäunen, umgeben, verschließen, einschließen, verschanzen, schützen: nec videt, quibus praesidiis philosophiae saeptus sim; ep XVI 23, 2. populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumsedet, fossa et vallo saeptum tenet; A IX 12, 3. ea post memoria saepire; de or I 142. omnes fori aditus ita saepti, ut . .; Phil V 9. sapientis animus virtutibus omnibus ut moenibus saeptus vincetur? par 27. genus hominum se oppidis moenibusque saepsisse; de or I 36. ne saeptum sit iis (Gaditanis) iter *in* perpetuum || perpetuo || ad hoc amplissimum praemium civitatis; Balb 43. ubi eum locum omnem cogitatione saepseris; de or II 147. is est hodie locus saeptus religiose propter Iovis pueri; div II 85. (oppidum) sex castellis castrisque maximis saepsi; ep XV 4, 10. saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis sepulcrum; Tusc V 64. ut nullius vita saepta contra tuam cupiditatem et audaciam posset esse; Ver V 39.

saeps f. **saepes.**

saeptum, Gehege, Schranken: I, 1. in campo Martio saepta tributis comitiis marmorea sumus et tecta facturi eaque cingemus excelsa porticu; A IV 17, 7 (16, 8. 14). — 2. cum ille in saepta ruisset; Milo 41. — II. quibus saeptis tam immanes beluas continebimus? Phil XIII 5.

saeta, Borste, Haar: I: ut (natura) leoni saetas (dedit); de or III 222. — II. gladium e lacunari saeta equina aptum demitti iussit; Tusc V 62.

saevitia, Strenge, Härte: iis, qui vi oppressos imperio coërcent, sit sane adhibenda saevitia; of II 24. in iudicio aut saevitiam aut clementiam iudicis (sibi proponit orator); part or 11.

saevus, heftig, wütend, schrecklich: quae (virtus) in tempestate saeva quieta est; Sest 60. inde Gyarum saevo vento, non adverso; A V 12, 1. vis populi multo saevior multoque vehementior (est); leg III 23.

saga, Wahrsagerin: sagarum superstitione ista interpretari; div II 129. f. **sagio,** 1.

sagacitas, Spürkraft, Scharfsinn: I. canum tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium quid significat? nat II 158. — II. qua est ipse sagacitate in his rebus; Ver I 105.

sagaciter, scharf, genau: ut odorer, quam sagacissime possim, quid (iudices) sentiant; de or II 186. illud praeterea μυστικώτερον ad te scribam,

tu sagacius odorabere; A VI 4, 3. qui (homo) sagaciter pervestiget, quid sui cives cogitent; de or I 223.

sagatus, im Mantel, Soldatenmantel: sic existimatis eos hic sagatos bracatosque versari? Font 33. descendi ad forum togatus || sagatus ||, cum reliqui consulares sagati || togati || vellent descendere; fr E V 16.

sagax, spürend, scharfsinnig: quem (M. Marcellum) tu ad suspicandum sagacissimum fore putasti; Catil I 19. sagaces dicti canes || [s. d. c.] ||; div I 65. quid est in homine sagaci ac bona mente melius? Tusc V 67.

sagina, Fütterung: qui multitudinem illam non auctoritate sua, sed sagina tenebat; Flac 17.

sagino, mästen: qui ab illo pestifero civi iam pridem rei publicae sanguine saginantur; Sest 78.

sagio, ahnen, spüren: 1. sagire sentire acute est; ex quo sagae anus || [sagire . . anus] ||; div I 65. — 2. qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur praesagire || [qui . . praesagire] ||; div I 65.

sagitta, Pfeil: I. nihil hunc virum sagittae, quas ab Hercule acceperat, tum consolantur, cum . .; Tusc II 19. »hic missore vacans fulgens iacet una Sagitta«; fr H IV, a, 325. sagittae pendebant ab umero; Ver IV 74.—II. accipio: f. I. consolantur. si cui propositum sit conliniare hastam aliquo aut sagittam; fin III 22. cum (caprae) essent confixae venenatis sagittis; nat II 126. — III configi: f. II veneno.

sagittarius, Bogenschütze: certum agminis locum tenebant barbari sagittarii; Phil V 18. magna tormentorum copia, multis sagittariis; A V 20, 5.

Sagittipotens, Schütze: »Sagittipotens Solis cum sustinet orbem«; fr H IV, a, 311.

sagulum, Reisemantel, Kriegsmantel: quibus (togulis) illi acceptis sagula reiecerunt; Piso 55.

sagum, Reisemantel, Kriegsmantel: 1. saga sumi dixi placere; Phil VI 2. — 2. qui sagis non abundares; ep VII 10, 2. — 3. propter unius civis periculum populum Romanum ad saga isse; Phil XIV 3.

sal, Salz, Witz, Feinheit, Meerwasser, Meer: I. accedunt non Attici, sed salsiores quam illi Atticorum Romani veteres atque urbani sales; ep IX 15, 2. si apud te plus auctoritas mea quam tua sive natura sive dicendi sal facetiaeque valuissent; Q fr I 2, 7. f. II, 1. — II, 1. huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo nimium quantum valent; quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis; orat 87. — 2. animum illi pecudi datum pro sale, ne putisceret; fin V 38. — III. si adsentior Antonio dicenti nullam esse artem salis; de or II 231. genera: f. II, 1. »saxa cana salis niveo spumata liquore«; div I 13. multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit; Lael 67. cum tantam vim et utilitatem salis et urbanitatis esse fateatur; de or II 231. — IV. quo (lepore) tamquam sale perspargatur omnis oratio; de or I 159. (epistulae) humanitatis sparsae sale; A I 13, 1.

salaco, Prahler: cognosti istius salaconis iniquitatem; ep VII 24, 2.

salebra, Unebenheit, Anstoß, Untiefe, Schwierigkeit: I. (oratio) haeret in salebra; fin V 84. numquam in tantas salebras incidisset; fin II 30. — II. alter (Herodotus) sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit; orat 39.

Saliaris, der Salier: cum epulati essemus Saliarem in modum; A V 9, 1.

saliatus, Salieramt: quod illum in saliatu meminerat fuisse patricium; Scaur 34.

salictum, Weidengebüsch: accedent || accedunt || salicta ad Minturnas; agr II 36.

salientes, Springbrunnen: piscina et salientibus additis; Q fr III 1, 3.

salinae, Salzlager, Salzgruben: I. enumerari non possunt salinae ab ora maritima remotissimae; nat II 132. — II. quod parum diligenter possessio salinarum mearum a te procuratore defenditur; ep VII 32, 1.

salsamentum, Fischlake: de vino aut salsamento putes loqui, quae evanescunt vetustate; div II 117.

salse, witzig, launig: ea, quae occurrant, cum salsissime dici possunt, tenere; de or II 221. saepe etiam salse, quae fieri non possunt, optantur; de or II 287.

salsus, witzig, launig: salsum hunc possum dicere; de or II 251. inveni ridicula et salsa multa Graecorum; de or II 217. salsa sunt etiam, quae habent suspicionem ridiculi absconditam; de or II 278. salsum est etiam quaerentibus et quasi percontantibus lente respondere, quod nolint; de or II 287. genus est perelegans et cum gravitate salsum; de or II 270. salsa narratio; de or II 240. est etiam stultitiae salsa reprehensio; de or II 280. accedunt non Attici, sed salsiores quam illi Atticorum Romani veteres atque urbani sales; ep IX 15, 2.

saltatio, Tanz: multarum deliciarum comes est extrema saltatio; Muren 13. ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset; Bru 225.

saltator, Tänzer: I, 1. saltatorem appellat L. Murenam Cato; Muren 13. non debes temere consulem populi Romani saltatorem vocare; Muren 13. — 2. ut saltatori motus non quivis, sed certus quidam est datus, sic . .; fin III 24. — II. cur in lustris huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tam diu cessavit? sen 13.

saltatorius, zum Tanz gehörig: cum (conlega tuus) suum illum saltatorium versaret orbem; Piso 22.

saltatrix, Tänzerin: tu cum illa saltatrice tonsa senatum populi Romani occasum lugere vetuisti; Piso 18.

saltem, wenigstens: I. eripe mihi hunc dolorem aut minue saltem aut consolatione aut consilio; A IX 6, 5. ac de his tamen legibus saltem queri possumus; de iis ne illud quidem licet; Phil I 25. — II. aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis; ep IX 8, 2. si in nobis essent saltem mediocria; Quinct 2. — III. quare nunc saltem ad illos calculos revertamur; A VIII 12, 5. — IV. ut id ipsum saltem perceptum a sapiente diceretis, nihil posse percipi; Ac II 28. — V. quibus aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit; Ver III 128. parcite oculis saltem meis: Phil XII 19.

salto, tanzen, hüpfen: 1. ut vel saltare, cum patriae consulturus sit, turpe non sit; of III 93. — 2. negarem posse eum satis facere in gestu, nisi palaestram, nisi saltare didicisset; de or III 83. Hegesias saltat incidens particulas; orat 226. nemo fere saltat sobrius; Muren 13. qui (pueri) nudi in conviviis saltare didicerunt; Catil II 23.

saltus, Springen, Sprung: nec (avus) excursione nec saltu uteretur, sed consilio; Cato 19.

saltus, Waldgebirge, Schlucht, Trift: I. adducit iste interea in saltum homines electos; Tul 18. de saltu agroque communi detruditur; Quinct 28. quas (familias) in saltibus habent; imp Pomp 16. — II. quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? Quinct 79.

saluber (salubris), gesund, heilsam, tauglich, gut: quoniam, quicquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est; orat 90. salubrisne an pestilens annus futurus sit; div I 130. gratulor Baiis nostris, siquidem salubres repente factae sunt; ep IX 12, 1. ut non solum gloriosis

consiliis utamur, sed etiam paulo salubrioribus; A VIII 12, 5. qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit; div I 61. tamquam in Pomptinum deverteris, neque amoenum neque salubrem locum; de or II 290. sunt partes agrorum aliae pestilentes, aliae salubres; div I 79. ut spectaculum re et tempore salubre ac necessarium videremus; fr A VII 41. victus: f. cultus.

salubritas, Gesundheit, Zuträglichkeit, Kraft: I. ut (eloquentia) omnem illam salubritatem Atticae dictionis et quasi sanitatem perderet; Bru 51. salubritatem etiam aut pestilentiam extis significari putat; div II 30. — II. quorum (extorum) ex habitu tum salubritatis, tum pestilentiae signa percipi; div I 131. — III. Campani semper superbi urbis salubritate; agr II 95.

salveo, sich wohl befinden, gegrüßt sein: vale, mi Tiro, vale, vale et salve; ep XVI 4, 4. Dionysium iube salvere; A IV 14, 2. salvebis a meo Cicerone; A VI 2, 10. quem salvere velim iubeas plurimum; A X 1, 1.

salum, Meer: quadriremem fluctuantem in salo reliquerat; Ver V 91. ut, a quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem; Caecin 88.

salus, Gesundheit, Wohlfahrt, Heil, Glück, Rettung, Gruß: I. absolut: 1. rerum fortunarumque suarum salutem in istius damnatione consistere; Ver II 16. salutem hominum in eius (Iovis) esse tutela; fin III 66. quorum utrique semper patriae salus et dignitas posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit; A X 4, 4. cuius in vita nitebatur salus civitatis; Milo 19. si plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus valuisset; imp Pomp 53. ita mi dulcis salus visa est per te missa ab illa (Attica). referes igitur ei plurimam itemque Piliae dicas velim; A XVI 3, 6. — 2. confectio huius belli est D. Bruti salus; Phil XIV, 1.

II. nach Verben: 1. multo citius meam salutem pro te abiecero quam Cn. Plancii salutem tradidero contentioni tuae; Planc 79. quibus reddere salutem, a quo acceperant, non liceret; Sest 122. cui (Carboni) ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit adferre; leg III 35. patriae salutem (filius) anteponet saluti patris; of III 90. Terentia salutem tibi plurimam ascribit; A I 5, 8. Alexis quod mihi totiens salutem ascribit, est gratum; A V 20, 9. cum tuae fidei salutem urbis et civium commendabam; Flac 102. civitatis salutem cum unius mea salute esse coniunctam; Vatin 8. salutem populi Romani conservatam per me esse; sen 29. cuius misericordia salus mea custodita sit; Planc 3. ad communem salutem defendendam; rep I 1. cum ad fratris salutem a populo Romano deprecandam venisset; Sest 76. Tulliolae et Ciceroni salutem dic; ep XIV 1, 6. ego vero multam salutem et foro dicam et curiae; ep VII 33, 2. Lepta tibi salutem dicit; ep XVI 4, 4. f. I, 1. videtur. quid tam regium quam excitare adflictos, dare salutem, liberare periculis? de or I 32. cum opem indigentibus salutemque ferres; fin II 118. Terentia impertit tibi multam salutem; A II 12, 4. mitto: f. I, 1. videtur. an tibi salus provinciae in posteritatem fuit neglegenda? Ver III 43. (Chrysippus Vettius) salutem verbis tuis mihi nuntiarat; ep VII 14, 1. (Pompeius) misit ad me statim, qui salutem nuntiaret; A IV 10, 2. T. Ligarius nunc a te supplex fratris salutem petit; Ligar 36. in optimorum consiliis posita est civitatium salus; rep I 51. cum prodebas caput et salutem meam mercede provinciae; Piso 56. ut in legibus scribendis nihil sibi aliud nisi salutem atque utilitatem rei publicae proponerent; inv I 68. reddo: f. accipio. refero: f. I, 1 videtur. trado: f. abicio. cuius (Cn. Plancii) ego salutem non secus ac meam tueri debeo; Planc 3. — 2. ostendam, quantum salutis communis intersit duos consules Kalendis Ianuariis esse; Muren 4. — 3. antepono: f. 1. antepono. quae saluti tuae conducere arbitrarer; ep IV 7, 1. vobis et vestrae saluti consulendum et prospiciendum vident; har resp 54. dices fortasse: „saluti, si me amas, consule"; A II 19, 1. ut causae communi salutique ne deessent; Ver IV 140. prospicio: f. consulo. ut provideas saluti (hominum); Q fr I 1, 31. esset humanitatis tuae eorum (Gallorum) utilitati salutique servire, Q fr I 1, 27. cui calamitas saluti fuit; Ver V 122. — 4. voluntatem Caesaris a salute mea non abhorrere; prov 43. an ego non dies noctesque de rei publicae salute cogitem? Phil VI 17. coniungo cum: f. 1. coniungo. vos me ab omnibus ceteris cogitationibus ad unam salutem rei publicae convertistis; Sulla 40. de summa salute vestra populique Romani, de salute Italiae decernite diligenter! Catil IV 24. pro salute patriae cotidie dimicare erat omnino molestum; har resp 41. illum contra rem publicam salutemque bonorum facturum; sen 27. se suffragium de salute mea tulisse; Sest 109. quas res nos pro salute huiusce imperii gessimus; Arch 28. non dicam in me ita de sua salute merito; dom 58. quae lex ad salutem omnium pertinet; Cael 70. ut (tribuni) de salute mea et promulgarent et referrent; sen 29. ut pro mea salute laborem periculumque suscipias; Muren 76. valeant haec omnia ad salutem innocentium; Muren 59. eadem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur; de or II 35. qui etiam medicis suis non ad salutem, sed ad necem utatur; har resp 35.

III. nach Adjectiven: 1. M. Laterensem, hominem studiosissimum salutis meae; Planc 2. — 2. qui amici fuerint saluti et dignitati meae; Balb 2. — 3. faciam id, quod est ad severitatem lenius et ad communem salutem utilius; Catil I 12.

IV. nach Substantiven: 1. video P. Sestium, meae salutis, vestrae auctoritatis, publicae causae defensorem, propugnatorem, actorem reum; Sest 144. ut erga duces ipsos et principes atque auctores salutis meae satis gratus iudicarer; sen 24. quasi parenti et custodi salutis meae; Planc 25. reliqui magistratus paene omnes fuerunt defensores salutis meae; Quir 15. f. actor. communis utilitatis aut salutis desertor; fin III 64. duces: f. auctores. ut omnia vitae salutisque communis iura violentur; Deiot 30. principes: f. auctores. propugnator: f. actor. ut omnem rationem salutis in pecunia constitueret; Ver pr 10. Cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset; Milo 40. — 2. virum clarissimum et erga meam salutem fide ac benivolentia singulari; prov 1. tantus vester consensus de salute mea fuit, ut . .; sen 5. fides erga: f. benivolentia erga. non ut tu uno ||sitam|| in eo (Pompeio) iudico spem de salute rei publicae; A VIII 2, 4.

V. Umstand: 1. quia tanta caritas patriae est, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur; Tusc I 90. nisi belli civilis incendium salute patriae restinxeris; Marcel 29. — 2. quod salutis omnium causa statueritis; Catil IV 8. qui pro salute mea municipia coloniasque adisset; sen 31. propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum censerem; Phil XIV 1.

salutaris, heilsam, zuträglich, nützlich: A qui se ab senatu senserit civem carum haberi salutaremque rei publicae; Phil V 49. homines in consulatu rei publicae salutares; ep XII 25, 6. ille (ignis) corporeus vitalis et salutaris omnia conservat; nat II 41. duae maxime salutares leges quaestionesque tolluntur; Phil I 22. salutares te mihi litteras misisse; A IX 7, 2. quo in capite sunt quaedam nova salutaria civitatibus; ep III 8, 4. quaestiones: f. le-

ges. magnifica quaedam res et salutaris; div I 1. ipsa mihi tractatio litterarum salutaris fuit; Bru 15. — B, 1. quod salutaria appetant parvi aspernenturque contraria; fin III 16. — 2. ut altero (sensu beluae) secernerent pestifera a salutaribus; nat II 122.

salutariter, heilsam, vorteilhaft: quibus (armis) illi ipsi, qui didicerant eis uti gloriose, quem ad modum salutariter uterentur, non reperiebant; Bru 8.

salutatio, Begrüßung, Besuch: I. an mihi potuit esse gratior ulla salutatio quam illius libri? Bru 13. — II. cum salutationi nos dedimus amicorum, quae fit hoc etiam frequentius, quam solebat, quod . .; ep VII 28, 2. — III. quis (te) communi salutatione dignum putet? Piso 96. — IV. tempus salutationis in percontatione consumpsimus*; Tim 2.

saluto, grüßen, begrüßen, nennen, anreden: I, 1. Hortensius ad Terentiam salutatum deverterat; A X 16, 5. Curionem adulescentem venisse ad me salutatum; A II 8, 1. — 2. cum ad me in Cumanum salutandi causa uterque venisset; fin I 14. — II. qui (Dionysius) te omnesque vos salutat; A IV 11, 2. eram continuo Piliam salutaturus; A XIV 20, 5. cum deos salutatum aliqui venerint; Sex Rosc 56. mane salutamus domi bonos viros multos; ep IX 20, 3. — III num censetis eum (Themistoclem), cum aetate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare solitum? Cato 21. quem (Octavium) sui Caesarem salutabant; A XIV 12, 2.

salvus, gesund, wohl, unverletzt, unbeschädigt, gerettet, gesichert: ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio; A XVI 13, (a), 1. ut (omne animal) se salvum in suo genere incolumeque vellet; fin IV 19. cum ego legem de ambitu tulerim salvis auspiciis, tulerim salva lege Aelia et Fufia; Vatin 37. si id praetermittere suo salvo capite potuisset; Cluent 42. ut salvae et incolumes sint civitates; inv II 169. clipeum esse salvum; ep V 12, 5. cum cupio tibi, quod salva fide possim, parcere; Sex Rosc 95. lex: s. auspicia. ut utrumvis salvo officio facere se posse arbitrarentur; Sex Rosc 4. quae (patria) salva per te est: leg I 5. (Acilius) bis est a me iudicio capitis rebus salvis defensus; ep VII 30, 3. quod nullam partem per aetatem sanae et salvae rei publicae gustare potuisti; ep XII 23, 3. quibus si qua calamitas propter istum salvis vectigalibus nostris accidisset; Ver III 127.

Samnis, Gladiator mit samnitischen Waffen: cum sortito alios Samnites, alios provocatores fecerit; Sest 134.

sanabilis, heilbar: ei sunt constituti quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen; Tusc IV 80. si pereundum fuisset ac non accipienda plaga mihi sanabilis, illi mortifera; Sest 44.

sanatio, Heilung: I. et aegritudinis et reliquorum animi morborum una sanatio est; Tusc IV 83. — II. cum ad corporum sanationem multum ipsa corpora et natura valeat; Tusc III 5.

sancio, heiligen, unverletzlich machen, festsetzen, bestätigen, anerkennen, verordnen, verbieten: I. qui (Solon) capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset; A X 1, 2. — II, 1. de iure praediorum sanctum apud nos est iure civili, ut vitia dicerentur; of III 65. — 2. qui (Voconius) sanxit in posterum, ne quis heredem virginem neve mulierem faceret; Ver I 107. — 3. in quo (bello) suscipiendo ius ut plurimum valeret et fides, lege sanximus; leg II 34. | s. 1. — 4. cum et sacratis legibus et XII tabulis sanctum esset, ut ne cui privilegium inrogari liceret neve de capite nisi comitiis centuriatis rogari; Sest 65. — III. illum (Antonium) circumire veteranos, ut acta Caesaris sancirent; A XIV 21, 2. ut vis capite, avaritia multa, honoris cupiditas ignominia sanciatur; leg III 46. quae (lex) diligentissime sancta est; inv II 146. quas (leges) senatus de ambitu sanciri voluerit; Planc 44. nec ratio divina non hanc vim in rectis pravisque sanciendis habet; leg II 10. postea res ab natura profectas et ab consuetudine probatas legum metus et religio sanxit; inv II 160. vim: s. avaritiam. — IV. utrum augurem Iovis *nos*, utrum populus Romanus libentius sanciet, Pompeiumne an Antonium? Phil XIII 12.

sancte, heilig, gewissenhaft, rein: qui (maiores) sacra sanctissime coluerunt; Milo 83. belli aequitas sanctissime fetiali populi Romani iure perscripta est; of I 36. quos (deos) auguste omnes santeque veneramur; nat III 53. qui sancte graviterque vixisset; Balb 12.

sanctimonia, Heiligkeit, Unschuld: 1. se non habere domum clausam pudori et sanctimoniae; Quinct 93. — 2. fortissimorum civium mentes, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et sanctimoniam demigrasse; Rabir 30.

sanctio, Strafbestimmung, Vorbehalt: numquam esse observatas sanctiones earum legum, quae abrogarentur; A III 23, 2. nisi legis sanctionem poenamque recitassem; Ver IV 149. sanctiones sacrandae sunt aut genere ipso atque obtestatione et consecratione legis aut poena; Balb 33.

sanctitas. Heiligkeit, Unverletzlichkeit, Frömmigkeit, Rechtschaffenheit: I. quasi lumen aliquod exstinctis ceteris elucere sanctitatem et prudentiam et dignitatem tuam; ep IV 3, 2. sepulcrorum sanctitas in ipso solo est; Phil IX 14. deorum cultus religionumque sanctitates exsistunt in dies maiores atque meliores; nat II 5. — II. (Sestius) fretus sanctitate tribunatus venit in templum Castoris; Sest 79. — III. etiam liber est Epicuri de sanctitate; nat I 122.

sanctitudo, Unverletzlichkeit: pontificio iure sanctitudo sepulturae; rep IV 8.

sanctus, heilig, ehrwürdig, unverletzlich, gewissenhaft, fromm, unschuldig, rein: cum illo nemo neque integrior esset in civitate neque sanctior; de or I 229. nunc P. Nigidio, uni omnium doctissimo et sanctissimo, ne benigne quidem polliceri possum; ep IV 13, 3. me id multo magis movet, quod mihi est et sanctius et antiquius; A XII 19, 4. ut (consules) pecuniam de sanctiore aerario auferrent; A VII 21, 2. sanctissimas amicitias intellego eloquentia comparatas; inv I 1. qui sanctum campum defendo servari oportere; Rabir 11. tribuni plebis sanctissimum corpus; sen 7. qui (Tenes) apud Tenedios sanctissimus deus habetur; Ver I 49. Pergae fanum antiquissimum et sanctissimum Dianae scimus esse; Ver I 54. fidem sanctissimam in vita qui putat; Ver III 6. homines sunt tota Asia sanctissimi; Flac 71. sanctiore erunt, credo, iure legati quam duo consules; Phil XIII 47. simulacra deorum de locis sanctissimis ablata videmus a nostris; nat I 82. sit sanctum apud vos hoc poëtae nomen; Arch 19. praemia virtutis et officii sancta et casta esse oportere; inv II 114. pollnerat stupro sanctissimas religiones; Milo 87. quod duas res sanctissimas violat, amicitiam et fidem; Sex Rosc 112. cuius (Iovis) sanctissimum et pulcherrimum simulacrum Syracusis sustulit; Ver V 184. quam sancta sit societas civium inter ipsos; leg II 16. nullam illi nostri, sapientissimi et sanctissimi viri, vim contionis esse voluerunt; Flac 15.

sane, fürwahr, in der Tat, durchaus, immerhin: I, 1. augeamus sane suspicionem tuam; Marcel 22. de Parthici belli suspicione quod scribis, sane me commovit; ep XII 19, 2. sed fruatur sane hoc solacio; prov 16. sane gaudeo, quod te interpellavi; leg III 1. quod de agraria lege quaeris, sane iam videtur refrixisse; A II 1, 6. sit sane Fors domina campi; Piso 3. — 2. perfeci sane argutulos libros

ad Varronem; A XIII 18. cum is frigidas sane et inconstantes recitasset litteras Lepidi; ep X 16, 1. quorum memoria iucunda sane fuit; Bru 9. leviculus sane noster Demosthenes; Tusc V 103. obviam ei processit magna sane multitudo; Phil II 106. Herculis templum sane sanctum apud illos et religiosum; Ver IV 94. — 3. erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta et fructuosa; Quinct 12. (Caesar) et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde, opipare sane et apparate; A XIII 52, 1. — 4. haec habemus in XII sane secundum naturam; leg II 61. — 5. ex me audies, quid in oratione tua desiderem. sane, inquit Scipio, et libenter quidem; rep II 64. visne locum mutemus? sane quidem; leg II 1. — II. haud sane intellego, quidnam sit, quod laudandum putet; of II 5. ne sit sane summum malum dolor, malum certe est; Tusc II 14. neque sane iam causa videtur esse cur . .; de or II 333. nimia vetustas nec habet eam, quam quaerimus, suavitatem nec est iam sane tolerabilis; Bru 287. quid ad haec Quinctius? sane nihil certum; Tul 35. quod sane nollem; A XI 7, 2. Themistocles, ut apud Athenienses, non ita sane vetus; Bru 41. non sane mirabile hoc quidem! div II 67. commoraturum me nusquam sane arbitror; ep II 17, 1.

sanguinarius, blutdürstig: haec sanguinaria iuventus inimicissima est; A II 7, 3.

statuo, hinstellen, aufstellen, errichten, sich vorstellen, glauben, festsetzen, beschließen, verordnen: I, 1, a. magna mihi res non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse; agr II 41. — b. qui de re publica cum aliqua statuendi potestate audiant; de or II 70. — 2. consequeris, ut eos ipsos, quos contra statuas, aequos placatosque dimittas; orat 34. si, ut Manilius statuebat, sic est iudicatum; Caecin 69. — II. 1. quae (lex) de capite civis Romani nisi comitiis centuriatis statui vetaret; rep II 61. quibus (consulibus) permissum erat, ut de Caesaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent; A XVI 16, 8. — 2. quibus (primis sententiis) tantum statuebant iudices, damnarent an absolverent; de or I 231. si habes iam statutum, quid tibi agendum putes; ep IV 2, 4. ut statuerem, quid esset faciendum; A VII 26, 3. — 3. ut statuerent, ne absentium nomina reciperentur; Ver II 103. — 4. statuit iste, ut arator decumano vadimonium promitteret; Ver III 38. — 5. quamquam statueram in senatum non venire; ep XI 6, 2. P. Clodius cum statuisset omni scelere vexare rem publicam; Milo 24. — 6. sine ulla dubitatione sic statuo et iudico, neminem omnium tot et tanta habuisse ornamenta dicendi; de or II 122. nominatim a me magistratibus statui gratias esse agendas; sen 31. quam quidem laudem sapientiae statuo esse maximam; ep V 13, 1. velim ita statutum habeas, me tui memoriam tenere; ep VI 2, 1. — III. statuitur Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio. statuitur, ut dico, eques Romanus in Apronii convivio; Ver III 61, 62. super terrae tumulum noluit quicquam statui nisi columellam aut mensam aut labellum; leg II 66. neque statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti; ep XII 25, 5. columellam: f. alqd. hanc tu condicionem statuis Gaditanis, ut id ne liceat ipsis? Balb 25. diem statuo satis laxam; A VI 1, 16. equitem: f. alqm. in quo homine [tu] statueris exemplum huius modi; Ver II 111. ut tenuissimarum (rerum) iura statuerint; Caecin 34. labellum: f. alqd. novam legem te in decumis statuisse non miror; Ver III 17. mensam:

f. alqd. si pecuniae modus statuendus fuit feminis; rep III 17. in utra (lege) maior poena statuatur; inv II 145. in rebus statuendis et decernendis; Q fr I 1, 19. quas (res) Caesar statuisset, decrevisset, egisset; A XVI 16, 11. quod (sacrificium) tres pontifices statuissent; har resp 12. senatui placere Ser. Sulpicio statuam pedestrem aëneam in rostris statui; Phil IX 16. — IV, 1. quid omnino de captivo statuendum ac sentiendum sit; de or III 109. — 2. Plato Titanum e genere statuit eos, qui adversentur magistratibus; leg III 5. — 3. arbitrum me statuebat (Hirtius) totius consulatus sui; A XV 1, a, 2. quo cive neminem ego statuo in hac re publica fortiorem; Planc 51. qui (Hieronymus) summum bonum statuit non dolere; fin II 19. Anaximenes aëra deum statuit; nat I 26. voluptatem summum bonum statuens; of I 5.

statura, Größe, Gestalt: I. corporis nostri tota figura et forma et statura quam apta ad naturam sit, apparet; fin V 35. — II, 1. non id praecipit, ut membra nostra aut staturam figuramve noscamus; Tusc I 52. — 2. L. Turselius qua facie fuerit, qua statura; Phil II 41. — 3. maius et minus ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur; inv I 41.

status, Stehen, Stillstand, Stellung, Stand, Lage, Zustand, Bestand, Beschaffenheit, Verfassung, Umstände: I, 1. cum patres rerum potirentur, numquam constitisse civitatis statum; rep I 49. quam (statuam) esse eiusdem status, amicitus, anulus, imago ipsa declarat; A VI 1, 17. rei publicae statum illum, quem tu meo consilio, ego divino confirmatum putabam, qui bonorum omnium coniunctione et auctoritate consulatus mei fixus et fundatus videbatur, elapsum scito esse de manibus uno hoc indicio; A I 16, 6. qui sit meus sensus et status; ep I 9, 2. qui meus in re publica sit pro mea parte capessenda status; ep I 9, 21. si status erit aliquis civitatis, quicumque erit, te omnium periculorum video expertem fore; ep IV 14, 4. qui nunc sit status rerum et qui meus; A I 16, 6. qui sit omnium rerum status noster, vides; A XI, 11, 2. in deliberationibus etiam et laudationibus idem exsistunt status; Top 93. primus ille status rationem habet iniqui criminis ipsam negationem infitiationemque facti; part or 102. incurrunt status aut iuris aut nominis; Top 94. ob hanc causam praestare nostrae civitatis statum ceteris civitatibus, quod . .; rep II 2. — 2. id sequens illud etiam, quod prodesset, motum aut statum esse dixit e natura absoluto; fin III 33. — II, 1. refutatio accusationis, quoniam Graece στάσις dicitur, appelletur Latine status; Top 93. confirmo: f. I, 1. elabitur. intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat; Tusc IV 22. Ti. Gracchus convellit statum civitatis; har resp 41. plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos; div II 94. in gestu status erectus et celsus; orat 59. ut totos se in optimo vitae statu exquirendo conlocarent; Tusc V 2. figo, fundo: f. I, 1. elabitur. incito, inflammo: f. conturbo. ut eo statu essem, quem neque fortunae temeritas neque inimicorum labefactaret iniuria; par 17. quorum omnium vultus, voces, motus statusque mutantur; of I 102. si, quo quisque loco nostrum est natus, hunc vitae statum usque ad senectutem obtinere deberet; Balb 18. ut possit ex temperatione iuris teneri ille moderatus et concors civitatis status; leg III 28. primus ille status et quasi conflictio cum adversario coniectura quadam (tractandus est), secundus . .; tertius . .; part or 102. — 2. deteriore statu ut simus; har resp 61. f. 1. labefacto. ut in causis non semper utimur eodem statu (sic enim appellamus controversiarum genera); Tusc III 79. — 3. quoniam decorum in corporis motu et statu cernitur; of I 126. ut de omni statu meo cogites; A VII 1, 2. saepe adversarios de statu omni deiecimus; orat 129. in eum statum temporum tuum reditum incidere, ut . .; ep II 3, 1. quo in statu urbem reliquisset; A X 3. illa aequabilitas vitae non tantum habet sensum, quantum cum ex miseris et perditis rebus ad meliorem statum fortuna revocatur; fr I 43. in eo statu civitas est, ut . .; Sest 106. tenuit hoc in statu senatus rem publicam, rep II 56. — III, 1. cum omnes boni omnem spem melioris status in eorum (magistratuum) fidem convertissent; Sest 70. — 2. quae (oratio) est mihi habenda de optimo civitatis statu; rep I 70. — IV, 1. qui tum nostro illo statu optimates nominabantur; ep I 9, 17. — 2. se ut custodiat (natura) quam in optimo sui generis statu; fin V 26.

stella, Stern, Himmelskörper: I. quod eo est admirabilius in his stellis, quas dicimus, quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum adeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius, tum ad quoddam tempus insistunt; nat II 51. ut eadem spatia quinque stellae dispari motu cursuque conficiant; de or III 178. Iovis stella easdem, quas Saturni stella, efficit in cursu varietates; nat II 52. errantibus etiam stellis divinitatem (Ponticus Heraclides) tribuit; nat I 34. infima est quinque errantium terraeque proxima stella Veneris; nat II 53. quod idem faciunt stellae superiores; nat II 53. quare stellae sensum ac mentem haberent; nat III 18. cum summa (stella) Saturni refrigeret, media Martis incendat; nat II 119. insistunt: f. adeunt. quae (stella) anno fere vertente signiferum lustrat orbem; nat II 53. »stella micans radiis, Arcturus«; nat II 110. eodem modo (stellae) oriuntur et occidunt; nat II 103. recedunt« f. adeunt. refriget: f. incendit. lunam, stellas, supera denique omnia stare censet; Ac II 123. subsequuntur: f. adeunt. — II, 1. quibus (vaporibus) altae renovataeque stellae; nat II 118. aperio: f. I. adeunt. cuius (Helicae) quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus; nat II 105. »prope conspicies Austri stellas sub pedibus stratas radiantis Aquari«; fr H IV, a, 414. solem dico et lunam et vagas stellas et inerrantes; nat II 80. isdem spatiis eae stellae, quas vagas dicimus, circum terram feruntur; nat II 103. f. I. adeunt. fero: f. dico. moveo: f. I. adeunt. singulas stellas numeras deos; nat III 40. occulto: f. I. adeunt. renovo: f. alo. sterno: f. conspicio. quae (causa) terreret animos stellis iis, quas Graeci cometas, nostri cincinnatas vocant; nat II 14. — 2. tribuo: f. I. errant. — 3. iuventus est ordo in iis stellis, qui non putabatur; div II 146. in his (stellis) vim et mentem esse divinam; nat II 55. — III. ostendeb.t Karthaginem de excelso et pleno stellarum loco; rep VI 11. — IV. quarum (stellarum), te cursus aequabiles aeternique delectabant; nat III 23. erant eae magnitudines omnium (stellarum), quas esse numquam suspicati sumus; rep VI 16. Assyrii traiectiones motusque stellarum observitaverunt; div I 2. te nec traiectio stellae nec faces visae terrebunt; div II 60. — V, 1. terrere: f. II, 1. voco. — 2. ut certis rebus certa signa praecurrerent, alia in stellis, alia in somniantium visis; div I 118. f. I. adeunt.

stellans, gestirnt: »cum luna subito stellanti nocte perempta est«; div I 18. »pater altitonans stellanti nixus Olympo«; div I 19.

stellifer, gestirnt: summus ille caeli stellifer cursus acuto et excitato movetur sono; rep VI 18.

stelliger, gestirnt: »quattuor orbes stelligeri portantes signa feruntur«; fr H IV, a, 482.

stello, unter die Sterne versetzen: nec stellatus Cepheus traderetur; Tusc V 8.

stercoro, düngen: I. quid de utilitate loquar stercorandi? Cato 54. — II. Homerus Laërtam colentem agrum et eum stercorantem facit; Cato 54.

stercus, Dünger, Kot: nolo „stercus curiae" dici Glauciam; de or III 164. se interfectum in plaustrum a caupone || cop. || esse coniectum et supra stercus iniectum; div I 57.

sterilis, unfruchtbar, unergiebig: Februarium sterilem futurum; Q fr II 10, 2.

sterilitas, Unfruchtbarkeit: I. quae sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura; div I 131. — II. quia fetus exstitit in sterilitate naturae; div I 36.

sterno, niederwerfen, hinstrecken, ausbreiten, zurüsten, bedecken: si hoc videtur esse altius, quam ut id nos humi strati suspicere possimus; de or III 22. is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevabat quidem; A X 4, 3. stratis cadaveribus parricidarum; Phil XIV 27. lectum illum genialem in eadem domo sibi ornari et sterni iubet; Cluent 14. locum illum sternendum locare: A XIV 15, 1 (2). publice sibi convivia parari, sterni triclinia et in foro sterni iubebat; Ver III 65.

sternumentum, Niesen: pedis offensio nobis et sternumenta erunt observanda; div II 84.

sterto, schnarchen: cum (di) stertentem aliquem viderint; div II 129. Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego vicinus audirem; A IV 3, 5.

stigmatias, Gebrandmarkter: o miserum, qui fideliorem et barbarum et stigmatiam putaret quam coniugem! of II 25.

stilla, Tropfen: ut interit *in* magnitudine maris Aegaei stilla mellis, sic . .; fin III 45.

stillicidium, Dachtraufe I. esse ea dico, quae cerni tangique possunt, ut parietem, stillicidium; Top 27. — II. de stillicidiis cum apud unum iudicem dicas; orat 72. — III. in quibus (causis) stillicidiorum iura versentur; de or I 173.

stillo, triefen, träufeln: I. qui stillantem prae se pugionem tulit; Phil II 30 — II. quae (litterae) mihi quiddam quasi animulae instillarunt || stillarunt ||; A IX 7, 1.

stilus, Griffel, Schreibstift, schriftliche Abfassung, Schreibart, Stil: I. hoc in oratore Latino primum mihi videtur apparuisse iam artifex, ut ita dicam, stilus; Bru 96. stilus exercitatus efficiet facile formulam || hanc viam || componendi; orat 150. stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est; de or I 257. cum exercitatione tum stilo, qui et alia et hoc maxime ornat ac limat, formanda nobis oratio est; de or III 190. stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister; neque iniuria; de or I 150. — II. exercito: f. I. efficit. ne censorium stilum aeque posthac atque illum dictatorium pertimescamus; Cluent 123. cum otiosus stilum prehenderat; Bru 93. — III. verba omnia sub acumen stili subeant et succedant necesse est; de or I 151. — III, 1. quae (luxuries) stilo depascenda est; de or II 96. formari: f. I. limat. ut (orationes) paene Attico stilo scriptae esse videantur; Bru 167. — 2. nec „transversum unguem", quod aiunt, a stilo; ep VII 25, 2.

stimulo, quälen, beunruhigen antreiben: te conscientiae stimulant maleficiorum tuorum; par 18. ut vetus nostra simultas antea stimulabat me, ut caverem; ep III 12, 4. me nunc et congressus huius (Caesaris) stimulat, et primas eius actiones horreo; A IX 15, 2. ut fames stimularet homines; dom 12. (praedo) somniis stimulatus aut religione; dom 140.

stimulus, Stachel, Qual, Sporn, Antrieb: I. defendendi Vatinii fuit etiam ille stimulus, de quo dixi me facere quiddam, quod . .; ep I 9, 19. — II, 1. quos stimulos admoverit homini studioso victoriae; Sest 12. stimulos doloris contemnamus licebit; Tusc II 66. — 2. dico de: f. I. — III. num exspectas, dum te stimulis fodiamus? Phil II 86. quoniam ad hanc voluptatem ipsius naturae stimulis incitamur; rep I 3.

stinguo, auslöschen: »quem neque tempestas perimet neque longa vetustas interimet stinguens praeclara insignia caeli«; fr H IV, c, 1. »ut cum luna means Hyperionis officit orbi, stinguuntur radii caeca caligine tecti«; fr H IV, b, 132.

stipatio, gedrängte Menge: eius aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum metum || tumultum || nobis seditionesque adferebant; Sulla 66.

stipator, Trabant: I, 1. qui (Alexander Pheraeus) praemittebat de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres; of II 25. — 2. quis est Sergius? armiger Catilinae, stipator tui corporis; dom 13. — II. Apronius stipatores Venerios secum habebat; Ver III 65.

stipendiarius, tributpflichtig: A. impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur; Ver III 12. — B, 1. stipendiarios ex Africa multos civitate donatos videmus; Balb 24. quos socios res publica habeat, quos amicos, quos stipendiarios; leg III 41. — 2. iis praemiis et iis honoribus exclusos esse fidelissimos socios, quae pateant stipendiariis; Balb 24.

stipendium, Steuer, Tribut, Lohn, Sold, Kriegsdienst, Dienst: I, 1. cum stipendium cogerem; Ver I 70. stipendium Caesari decretum est; ep I 7, 10. tamquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium; Cato 49. cum Asellus omnes se provincias stipendia merentem peragrasse gloriaretur; de or II 258. si statim mereri stipendia coeperamus; Cael 11. — 2. magnas pecunias ad eorum (equitatum) stipendium imperavit; Font 13. — II. multa eius damna in stipendiis proferentur; Ver V 33. — III. cuius adulescentia ad scientiam rei militaris non stipendiis, sed triumphis est erudita; imp Pomp 28. si Hispanis agris stipendioque multatis virtute adipisci licet civitatem; Balb 41.

stipes, Stock, Pfahl: I. qui tamquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustineretamen titulum consulatus; Piso 19. — II. cum hoc homine an cum stipite in foro constitisses, nihil crederes interesse; sen 14. — III. »haec medium ostendit radiato stipite malum«; H IV, a, 638.

stipo, vollstopfen, umdrängen, umgeben: non possum adfirmare nullis telis eos stipatos fuisse; Phil V 17. cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus; A I 18, 1. quid est iucundius senectute stipata studiis iuventutis? Cato 28.

stips, Geldbeitrag, Almosen: stipem sustulimus nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idaeae Matris excepimus; implet enim superstitione animos et exhaurit domus; leg II 40.

stipulatio, Angelobung, Zusage, Kontrakt: I. etsi nondum stipulationes legeram; A XVI 11, 7. — II, 1. ut nec Roscium stipulatione adliget neque . .; Q Rosc 36. — 2. ut ea pecunia ex stipulatione debeatur; leg II 53.

stipulatiuncula, geringfügige Abmachung: tu mihi cum in circulo decipiare adversarii stipulatiuncula; de or I 174.

stipulor, abmachen, ausbedingen: I. reliquum est, ut stipulatum se esse dicat; Q Rosc 13. — II. si is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est; leg II 53. haec pecunia necesse est aut data aut expensa lata aut stipulata sit; Q Rosc 14.

stirpitus, mit der Wurzel, gänzlich: hunc errorem quasi radicem malorum omnium stirpitus philosophia se extracturam pollicetur; Tusc IV 83.

stirps, Stamm, Stengel, Wurzel, Ursprung, Herkunft, Geschlecht, Familienverwandtschaft: I, 1. omnium magnarum artium sicut arborum altitudo

nos delectat. radices stirpesque non item; sed esse illa sine his non potest; orat 147. ita sunt altae stirpes stultitiae; Tusc III 13. — 2. o generosam stirpem! Bru 213. — II, 1. fuerit ille Brutus, qui ad similem virtutem stirpem iam prope in quingentesimum annum propagavit; Phil I 13. nullius agricolae cultu stirps tam diuturna quam poëtae versu seminari potest; leg I 1. — 2. sicut ex quibusdam stirpibus et herbis (remedia eligimus), quarum utilitates percepimus; nat II 161. istius (Scipionis) genus est ex ipsius sapientiae stirpe generatum; Bru 212. sum sine: f. I, 1. delectat. — III. ut facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatae voluntatis; Bru 130. quae (viriditas) nixa fibris stirpium sensim adulescit; Cato 51. nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis et gentilitatis iure dicendum? de or I 176. utilitates: f. II, 2. eligo ex. — IV. te praetore Siculi milites palmarum stirpibus alebantur? Ver V 99. quod ita ortum esset e terra, ut stirpibus suis niteretur; Tusc V 37. cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem gente ad se redisse dicerent; de or I 176.

stiva, Pflugsterze: a stiva ipsa homines mecum conloquebantur; Scaur 25.

stlis f. **lis.**

sto, stehen, still stehen, stehen bleiben, fest stehen, bestehen, bleiben, verharren, beistehen, zu stehen kommen, kosten: I. re iudicata stari ostendit placere; Flac 49. stare etiam oportet in eo, quod sit || est || iudicatum; fin I 47. — II. nos in Asiam convertemus; neque adhuc stabat, quo potissimum; A III 14, 2. — III. se, non adversarios, a voluntate eius (scriptoris) stare; inv II 128. omnes commemoras, qui ausi aliquando sunt stantes loqui; Bru 269. tuo (iudicio) stabis; orat 237. qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos ἀντίποδας vocatis; Ac II 123. cum in senatu pulcherrime staremus; ep I 4, 1. sin autem ille (Caesar) suis condicionibus stare noluerit; ep XVI 12, 4. stamus animis et speramus etiam manu; A V 18, 2. omnes cupiebant Caesarem abductis praesidiis stare condicionibus iis, quas tulisset; A VII 15, 2. tuo potius stabam iudicio quam meo; A VIII 4, 1. quo stante et incolume; fr F VIII 10. unum quidque a se potius quam ab adversariis stare; inv I 81. modo nobis stet illud, una vivere in studiis nostris; ep IX 2, 5. adversarii: f. alqs; inv II 128. quae (aequitas) cum adversario staret; inv II 142. Hicetas Syracosius || Syracusius || caelum, solem, lunam, stelles, supera denique omnia stare censet; Ac II 123. quibus in controversiis cum saepe a mendacio contra verum stare homines consuescerent; inv I 4. in comitium veniant, ad stantem iudicem dicant; Bru 289. luna: f. caelum. stante non modo maiestate horum, sed etiam urbe; Vatin 21. sit argumento tibi gratis stare navem, quia, quid emeris aut quid locaris, scriptum proferre non potes; Ver V 48. videsne navem illam? stare nobis videtur; Ac II 81. parietes modo urbis stant et manent; of II 29. potest stare res publica sine magno subsidio iuventutis? Phil X 18. impetum tuum stans senatus equitesque Romani et omnes boni sequebantur; har resp 22. isdem verbis stante sententia; orat 233. sol, stellae, supera: f. caelum. in qua curia statua tua stabat; Ver IV 143. cum virgo staret et Caecilia in sella sederet; div I 104. urbs: f. maiestas. — IV. (eos) partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; rep VI 20.

Stoice, stoisch: agit mecum austere et Stoice Cato; Muren 74.

stola, Frauenkleid: erat admodum amplum et excelsum signum cum stola; Ver IV 74.

stolidus, unwirksam: huius generis causarum. sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolida quodam modo; Top 59.

stomachor, sich ärgern, grollen: I. quos multas horas exspectavit et ridens et stomachans P. Scaevola; de or I 166. (Scipio) cum stomacharetur cum C. Metello; de or II 267. saepe videbam irascentem et stomachantem Philippum; Bru 326. iucundissimis tuis litteris stomachatus sum in extremo; ep X 26, 1. si stomachabere et moleste feres; ep XV 16, 3. an vero vir fortis, nisi stomachari coepit, non potest fortis esse? Tusb IV 48. — II. non dubito, quin mirere atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam saepius; A XVI 16, 17. — III. stomachor omnia; A XIV 21, 3.

stomachose, unwillig: rescripsi ei stomachosius; A X 5. 3. [„stomachose“ *Cicero*; fr K 8.

stomachosus, unwillig, empfindlich: (M. Piso) habuit a natura genus quoddam acuminis. quod erat saepe stomachosum; Bru 236. „stomachosiores“ meas litteras quas dicas esse, non intellego; ep III 11, 5. me etiam illa valde movent stomachosa et quasi submorosa ridicula; de or II 279.

stomachus, Schlund, Magen, Geschmack, Unwille, Verdruß: I. linguam ad radices eius haerens excipit stomachus; nat II 135. locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concalluit; A IV 18, 2 (16, 10). haeret: f. excipit. — II, 1. ostium adiunctum paulo supra, quam ad linguam stomachus adnectitur; nat II 136. ne (convivae) in me stomachum erumpant; A XVI 3, 1. non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi; ep I 9, 10. ita mihi videtur non minus stomachi nostro *quam* Caesari fecisse; A V 11, 2. nec tam animum me quam stomachum habere arbitrantur; A XV 15, 2. perdo: f. facio. — 2. alv. natura subiecta stomacho; nat II 136. quae tum mihi maiori stomacho quam ipsi Quinto fuerunt; A V 1, 4. — 3. intelleges eam (fortitudinem) stomacho non egere; Tusc IV 53. — III. hanc urbanam militiam, plenam sollicitudinis ac stomachi; Muren 19. — IV. alqd: f. II, 1. facio. nosti non modo stomachi mei, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium; ep II 16, 2. ludi apparatissimi, sed non tui stomachi; ep VII 1, 2. — V. me tamen in stomacho solere ridere; ep II 16, 7.

strabo, schielend: ecquos (deos), si non tam strabones, at paetulos esse arbitramur? nat I 80.

strages, Niederlage, Verheerung: quas ego pugnas et quantas strages edidi! A I 16, 1. an tu parum putas investigatas esse a nobis strages provinciae; Piso 83. »iubebant stragem hominum caedemque vereri«; div I 20.

stragulus, zum Ausbreiten, n. Decke: A. plena domus caelati argenti optimi multaeque stragulae vestis; Ver II 35. — B. conlocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo magnificis operibus picto; Tusc V 61.

strangulo, erwürgen, erdrosseln: strangulatum maluit dicere; Flac 5 (8. 11). si dicimus „ille patrem strangulavit“, honorem non praefamur; ep IX 22, 4.

stranguria, Harnzwang: quamvis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua praebeat; Tusc II 45.

strategema, Kriegslist: Rufio strategemate hominem percussit; A V 2, 2.

strenue, eifrig, emsig: domus utriusque nostrum aedificatur strenue; Q fr II 4, 2. cum ille rem non minus strenue quam postea publicam fecisset; sen 11. magis commode quam strenue navigavi; A XVI 6, 1. Acastus cum litteris praesto fuit uno et vicesimo die satis strenue; ep XIV 5, 1.

·uus, eifrig, tätig: ut cognoscerent te si m, at tamen strenuum; Phil II 78. Q. ·rtis ac strenuus; Phil VIII 11.

.us, Geräusch, Getöse, Lärm: I. acrem . concursus hominum forique strepitus de-. at; Bru 317. — II. exauditus in agro pro-.uquo et suburbano est strepitus quidam reconditus et horribilis fremitus armorum; har resp 20. factus est in eo strepitus; Ver pr 45, — III, 1. non strepitu, sed maximo clamore suam populus Romanus significavit voluntatem; Ver pr 45. — 2. Matrem magnam accepimus agros et nemora cum quodam strepitu fremituque peragrare; har resp 24. heri nescio quid in strepitu videor exaudisse; A XIII 48, 1. propter hunc strepitum fluminum; leg I 21.

stricte, genau: nec observare restricte || stricte ||, ne . .; Lael 58.

strictim, oberflächlich, flüchtig: quem (librum) tu Corcyrae strictim attigisti; A II 1, 1. cum ea, quae copiosissime dici possunt, breviter a me strictimque dicuntur; Cluent 29. quibus de quaestionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere; nat III 19.

stridor, Zischen, Brausen, Knarren: I. »densus stridor cum celso e vertice montis ortus adaugescit scopulorum saepe repulsu«; div 1 13. — II. ne stridorem quidem serrae (audiunt), tum cum acuitur; Tusc V 116. Sullanus ager tantam habet invidiam, ut veri et fortis tribuni plebis stridorem unum perferre non possit; agr II 70. repello: f. I.

strigilis. Schabeisen: si ad illam vitam ampulla aut strigilis accedat; fin IV 30.

strigosus, mager: (Lysias) est certe genere toto strigosior; Bru 64.

stringo, verbinden: quod (vinculum) ex se atque de iis, quae stringit, quam maxime unum efficit; Tim 13.

strophium, Binde, Mieder: 1. cum strophio accurate praecingerere; fr A XIII 24. — 2. P. Clodius a strophio est factus repente popularis; har resp 44.

structor, Bauarbeiter: I. ecce autem structores nostri ad frumentum profecti, cum inanes redissent, rumorem adferunt magnum . . ; A XIV 3, 1. — II. res agebatur multis structoribus; Q fr II 5, 3.

structura, Zusammenfügung, Bau: I. verborum est structura quaedam duas res efficiens, numerum et levitatem; opt gen 5. ante hunc (Isocratem) verborum quasi structura et quaedam ad numerum conclusio nulla erat; Bru 33. — II. ut fiat est enim || quasi structura quaedam nec tamen fiat operose; orat 149.

strues, Haufen, Menge: cui rei fugerat me rescribere, de strue laterum; A V 12, 3.

struma, Geschwulst: ei medentur rei publicae, qui exsecant pestem aliquam tamquam strumam civitatis; Sest 135. Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant; A II 9, 2.

struo, errichten, aufbauen, anstiften, bereiten: I. (Curio) cum tardus in cogitando, tum in struendo in instruendo || dissipatus fuit; Bru 216. — II. si compositi oratoris bene structam conlocationem dissolvas permutatione verborum; orat 232. (viriditas) fundit frugem spici ordine structam; Cato 51. nullum locum praetermisit, in quo non strueret insidias aliquas; Cluent 190. his ex locis et in alios odium struere discemus et a nobis ac nostris demovere; de or II 208. levi et structa et terminata (oratione); orat 20. dices me ipsum mihi sollicitudinem struere; A V 21, 3. quem ad modum verba struat et inluminet; de or III 125. conlocationis est componere et struere verba sic, ut . .; de or III 171.

studeo, streben, trachten, sich bemühen, sich befleißigen, obliegen, fördern, begünstigen: I. hisce ego auxiliis studentibus atque incitatis uti me potuisse confiteor; Planc 87. II, 1. Pompeius Scauro studet, sed, utrum fronte an mente, dubitatur; A IV 15, 7. ut (Demosthenes) eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere; de or I 260. quibus (artibus) studuisti semper ipse; ep I 7, 11. quia (Ti. Gracchus) studebat laudi et dignitati; fin IV 65. nihilo minus eloquentiae studendum est; inv I 5. nemo studet eloquentiae, nisi ut . . ; de or II 55. laudi: f. dignitati. ut nemo fere studuisse ei scientiae vehementius videatur, quin, quod voluerit, consecutus sit; de or I 10. — 2. noster hic rector studuerit sane iuri et legibus cognoscendis; rep V 5. — 3. qui versari in re publica atque in ea se excellentius gerere studuerunt; Sest 96. ars demonstrat tantum, ubi sit illud, quod studeas invenire; de or II 150. ego istis obsequi studeo; de or I 107. scire studeo, quid egeris; A XIII 20, 3. versari: f. gerere. — 4. ille tenuis gratum se videri studet: of II 70. illum studeo quam facillime ad suum pervenire; ep XIII 26, 4. — III. ut (M. Scaurus) retineret, id quod praecipue semper studuit, dignitatem; Scaur 1, 1. quod semper studui; ep VII 31. 1.

studiose, eifrig, sorgfältig: hunc studiose duo adulescentes audire soliti sunt; Bru 96. suos agros studiose colebant; Sex Rosc 50. ut ea non dicam comprobes, sed studiose libenterque comprobes; A XVI 16, 15. quae ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, studiose diligenterque curabo; ep X 3, 4. qui (Titius) cum studiose pila luderet; de or II 253. quis (est) potius, qui ea (utilia) non studiosissime persequatur? of III 101. hic (Scaevola) causas studiose recipiebat; Bru 155. studiose equidem utor nostris poëtis; Tusc II 26.

studiosus, eifrig, begierig, sich befleißigend, günstig, ergeben, zugetan: A. sive (Demosthenes) Platonis studiosus audiendi fuisset; de or I 89. me auctore nemo dicendi studiosus Graecorum more voci serviet; de or I 251. P. Murena, litterarum et studiosus et non imperitus; Bru 237. ut tui eum studiosum et bonum virum iudicares; Ligar 36. (Appius) studiosus studiorum etiam meorum (fuit); ep II 13, 2. te ab initio aetatis memoria teneo summe omnium doctrinarum studiosum fuisse; ep IV 3, 3. quod mei studiosos habeo Dyrrachinos; A III 22, 4. ille restituendi mei quam retinendi studiosior; A VIII 3, 3. qui quattuor in una provincia quaestores studiosissimos defensores propugnatoresque habuerit, praetorem vero cohortemque totam sic studiosam, ut . . ; Ver II 12. conlegam studiosum mei; ep II 13, 2. defensores, al.: f. cohors. industrios homines illi (Graeci) studiosos vel potius amantes doloris appellant; Tusc II 35. vir: vgl. alqs; Ligar 26. — B, I. nec erat unde studiosi scire possent; Ac I 8. — II. studiosos discendi erudiunt atque docent; of I 156. — III, 1. putavi mihi suscipiendum laborem utilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium; opt gen 13. — 2. relinquitur sola haec disciplina digna studiosis ingenuarum artium; fin V 74.

studium, Eifer, Streben, Neigung, Interesse, Vorliebe, Parteilichkeit, wissenschaftliche Beschäftigung, Ergebenheit, Teilnahme: I. absolut: 1. haec studia adulescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur; Arch 16. cuius (philosophiae) in sinum cum a primis temporibus aetatis nostra voluntas studiumque nos compulisset; Tusc V 5. paulo ante, quam perterritum armis hoc studium nostrum conticuit subito et obmutuit; Bru 324. quodsi studia Graecorum vos tanto opere delectant; rep I 30. f. alunt. mihi videntur postea cetera studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis enituisse; inv I 4. studium est animi adsidua et vehementer || vehemens || ad aliquam rem applicata magna cum voluptate || voluntate || occupa-

tio, ut philosophiae, poëticae, geometricae || geometriae ||, litterarum; inv I 36. studium quod est adsidua et vehementer || vehemens || aliquam ad rem applicata magna cum voluptate || voluntate || occupatio; inv II 31. quicquid est in me studii, consilii, laboris, ingenii; imp Pomp 69. studia mea erga te, quibus certe nulla maiora esse potuerunt, tibi tam grata esse laetor; ep X 20, 3. mea studia erga te et officia malo tibi ex tuorum litteris quam ex meis esse nota; ep XII 24, 1. non ille mediocris orator in vestram quasi succrescit aetatem, sed et ingenio peracri et studio flagranti; de or III 230. ut in nullo umquam flagrantius studium viderim; Bru 302. omnes incenduntur ad studia gloria, iacentque ea semper, quae apud quosque improbantur; Tusc I 4. impediunt: f. alunt. si eum (Caesarem) studium gloriae aliquo impulisset; Vatin 15. oblectant, al.: f. alunt. obmutescit: f. conticescit. (animus) pugnantibus et contrariis studiis consiliisque semper utens; fin I 58. remanere in civitate nostra studia prope omnium consensu erga fortes viros; ep III 10, 4. cuius desiderio omnia bonarum artium studia siluerunt; Vatin 8. ut stultum in nobis erudiendis patris nostri studium videretur; de or II 1. in hac ipsa civitate profecto nulla umquam vehementius quam eloquentiae studia viguerunt; de or I 13. — 2. quoniam ea auctoritas tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium quam constantis senatus consilium esse videatur; ep I 7, 4.

II. **nach Verben**: 1. sin auditoris studium defatigatio abalienavit a causa; inv I 25. talium virorum tanta studia adsequi sola virtus potest; ep III 13, 1. ita vereor ne studia tribunorum amiserimus; A III 24, 1. studium philosophiae numquam intermissum a primaque adulescentia cultum et semper auctum hoc auctore renovavi; Bru 315. cum aut occulta non nullorum odia aut obscura in me studia cernebam; ep I 9, 5. studia haec in Latio vehementius tum colebantur; Arch 5. qui (homines) praestantibus ingeniis in vita humana divina studia coluerunt; rep VI 18. f. augeo. ut hominum studia complectamur eaque teneamus; of II 19. concelebro: f. I, 1. enitent. quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras conferunt; of I 19. ego me in petitione tua tibi omnia studia atque officia pro nostra necessitudine et debuisse confiteor et praestitisse arbitror; Muren 7. quoniam tibi omnia in te ipsum summa ac singularia studia deberem; ep I 9, 4. studium deponat libebit; Sex Rosc 49. ut huic meae laudi tuum studium dices; ep II 6, 4. quibus (artibus) a primis temporibus aetatis studium tuum dedisti; ep IV 3, 3. de Gallorum studio nos aliquando cognoscemus, cuius id opera maxime excitatum sit; ep X 26, 1. utinam quietis temporibus haec inter nos studia exercere possemus! ep IX 8, 2. quae (studia) sero admodum expetita in hanc civitatem e Graecia transtulerunt; Tusc IV 1. pro suo studio, quod in vos semper habuit; inv II 104. studia spero me summa habiturum omnium ordinum; A II 21, 6. improbo: f. I, 1. iacent. incitare tuum istuc praestantissimum studium debemus; Phil XI 23. rettuli me ad ea studia, quae retenta animo, remissa temporibus, longo intervallo intermissa revocavi; Tusc I, 1. f. augeo. pro sociis studium, laborem interponere; div Caec 63. veritus, ne movere hominum studia viderer, retinere non posse; fin I 2. omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii; inv I 1. perterreo: f. I, 1. conticescit. ego tibi profiteor atque polliceor eximium et singulare meum studium in omni genere officii; ep V 8, 4. qui in rerum contemplatione studia ponebant; Tusc V 8. praesto: f. debeo. quis huic studio litterarum, quod profitentur ei, qui grammatici vocantur, penitus se dedit, quin ..? de or I 10. f. polliceor. remitto: f. intermitto. renovo: f. augeo. retineo: f. intermitto, moveo. revoco: f. intermitto. teneo: f. complector. ut studia cupiditatesque honorum ex hominibus civitatibusque tollerentur; Ver II 132. transfero: f. expeto. video: f. I, 1. flagrat. — 2. quas opes studiis eorum et delectationibus antepones? Tusc V 66. Hirtius, vir his studiis deditus; fat 2. ut defuerit civium studiis; Phil X 14. do: f. 1. profiteor. neque quod tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi vellem; de or I 99. clarissimi cives ei studio etiam hodie praesunt; de or I 235. — 3. hodie, utro (studio) frui malis, optio sit tua; fat 3. qui tanto studio in rem publicam fuit, ut ..; sen 24. utor: f. I, 1. pugnant. — 4. abducendus etiam est non numquam ad alia studia; Tusc IV 74. cognosco de: f. 1. excito. in quo (studio) hoc etiam commorabar attentius, quod ..; Bru 306. qui primi se ad philosophiae studium contulerunt; fin II 86. dicam iam confidentius de studiis eius honestis; Cael 43. quamquam libri nostri complures non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitaverunt; of II 2. incendo ad: f. I, 1. iacent. incumbamus ad illa praeclara studia; A II 16, 3. in id studium, in quo estis, incumbite; de or I 34. spe beate vivendi tantam in eo studio curam operamque posuerunt; Tusc V 2. refero ad: f. 1. intermitto. cum is (L. Opimius) contra populi studium stetisset; Bru 128. me in eo studio partium fuisse confiteor; Sex Rosc 137. f. incumbo in. ut se in studium aliquod traderent quietum; inv I 4. qui in aliquo maiore studio et arte versantur; Tusc I 59. omnis cogitatio motusque animi in studiis scientiae cognitionisque versabitur; of I 19. propter variam suavitatem studiorum, in quibus a pueritia vixeram; rep I 7.

III. **nach Adjectiven**: 1. (Appius) studiosus studiorum etiam meorum (fuit); ep II 13, 2. — 2. oratio digna equitis Romani vel studio vel pudore; Planc 58. mediocres homines, nullo studio praediti militari; Balb 14.

IV. **nach Substantiven**: 1. alqd: f. I, 1. est; imp Pomp 69. quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede? fin V 50. studiorum suorum Varro voluit illud, non libidinum deversorium; Phil II 104. studii sui quaerebant aliquem ducem; Ligar 3. quamquam nos ab ineunte illius aetate studiorum honestissimorum societas similitudoque devinxit; Phil VII 6. suavitas: f. II, 4. vivo in. — 2. orator: f. I, 1. flagrat. — 3. habentur sermones de artium studiis atque doctrina; of I 135.

V. **Umstand**: 1. qui alium antea studio adductus accusasset; Ver III 63. quorum studio et dignitate celebrari hoc iudicium, ornari causam, defendi huius innocentiam vides; Sulla 4. quo tandem studio colentur a bonis? leg I 40. admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus; Bru 306. quantum studiis, veteribus nostris delectationibus, consequi poterimus; ep I 9, 23. omnia corrupta libidine, iracundia, studio, pretio, periurio reperientur; Flac 26. ego iuris civilis studio multum operae dabam Q. Scaevolae; Bru 306. consilio, studio Marcello non desumus; ep IV 7, 6. defendi: f. celebrari. tuis incredibiliter studiis erga me muneribusque delector; ep III 9, 3. suo unus quisque studio maxime ducitur; fin V 5. nemo fere laudis cupidus adulescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putavit; de or I 14. quasi vero id cupiditate defendendae nobilitatis aut studio partium fecerit; Ver I 35. cum (Curio) flagraret studio dicendi; Bru 220. qui ab ineunte aetate incensus essem studio utriusque vestrum; de or I 97. quo facilius nos incensos studio discendi a doctrina deterrerent; de or II 1. homines Romanos instituto Romuli bellicis studiis ut vidit incensos; rep II 25. ornari: f. celebrari. quas (insidias) partim amicorum studio officioque reppulerim; Ver pr 3. quem auctoritate, studio,

sententiis restituistis; dom 147. te non solum natura et moribus, verum etiam studio et doctrina esse sapientem; Lael 6 (7). omnes vincendi studio tenebamur; Ligar 28. — 2. instant atque urgent summo cum studio; Font 44. in omni arte vel studio optimum quidque rarissimum est; fin II 81. pro: f. II, 1. habeo. si propter partium studium potens erat Alfenus; Quinct 70. neminem magnas res et salutares sine hominum studiis gerere potuisse; of II 16.

stulte, töricht, einfältig: I. ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid; de or II 274. quodsi quis de contentione principatus laborat, stultissime facit; Phil XIV 18. qui illum aut nefarie cogitasse aut stulte sperasse miretur; Sulla 70. quod stulte alteri venit in mentem; Cluent 84. — II. neminem esse oportere tam stulte adrogantem, ut . .; leg II 16. — III. adhuc certe, nisi ego insanio, stulte omnia et incaute; A VII 10.

stultitia, Torheit, Einfalt: I, 1. „stultitia est immensa gloriae cupititas". est haec quidem stultitia, sed ex parte quadam, non ex omni genere definita; inv I 91. si stultitia consensu omnium philosophorum maius est malum, quam . .; nat III 79. stultitia excusationem non habet; de or I 125. — 2. summam esse stultitiam frustra confici maerore; Tusc III 77. f. 1. est. — II, 1. definio: f. I, 1. est. stultitiam et intemperantiam cum dicimus esse fugienda propter eas res, quae ex ipsis eveniant; fin III 39. malim equidem indisertam prudentiam quam stultitiam loquacem: de or III 142. mirari stultitiam alii, alii amentiam; Ver IV 33. — 2. ut me non solum pigeat stultitiae meae, sed etiam pudeat; dom 29. qui propter temeritatem male rem gessit, quod est stultitiae; Tusc III 17. — 3. evenio ex: f. 1. fugio. — III. ut excusatione summae stultitiae summae improbitatis odium deprecetur; Caecin 30. nos stultitiae nostrae gravissimas poenas pendere; A XI 11, 1. hominis est stultitiae suae quam plurimos testes domestico praeconio conligentis; de or II 86. — IV, 1. quod ego negotium non stultitia occaecatus, sed verecundia deterritus recusavi; ep XV 1, 4. — 2. haec ego vos concupisse pro vestra stultitia atque intemperantia non miror; agr II 100.

stultus, töricht, einfältig, unverständig, Tor, Torheit: A. ne cum maximo periculo, ut scribis, stultissimus sis; ep X 26, 2. fuit stulta calliditas perverse imitata prudentiam; of III 113. nulla est tam stulta civitas, quae non iniuste imperare malit quam servire iuste; rep III 28. o misera tempora stultasque nostras discordias! har resp 43. inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis; Catil II 10. cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret; har resp 1. haec etiam in fabulis stultissima persona est credulorum senum; Lael 100. — B, a, I. ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid; de or II 274. cum omnes stulti sint sine dubio miserrimi, maxime quod stulti sunt; nat I 23. — II, 1. stulti malorum memoria torquentur; fin I 57. — 2. qui (poëta) peccat etiam, cum probam orationem adfingit improbo stultove sapientis; orat 74. est aurium iudicium promisce et communiter stultis ac sapientibus ab natura datum; Font 22. — III. cum stultorum vitam cum sua comparat (sapiens); fin I 62. — IV. quoniam haec vitia in omnibus stultis aeque magna sunt; fin IV 77. — b. stultorum plena sunt omnia; ep IX 22, 4. —

stupefacio, in Erstaunen setzen: in quo homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur; de or III 53.

stupeo, betäubt sein, staunen: haec cum loqueris, nos barones stupemus; fin II 76. Gnaeus quid consilii ceperit, nescio, adhuc in oppidis coartatus et stupens; A VII 10.

stupesco, in Erstaunen geraten: incidat, aspiciat, admiretur, stupescat; de or III 102.

stupiditas, Dummheit: in quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite; Phil II 80.

stupidus, betroffen, betäubt, dumm: Aëtionis tabula te stupidum detinet; par 37. ut hominem stupidum magis etiam infatuet mercede publica; Phil III 22.

stupor, Gefühllosigkeit, Narrheit, Stumpfheit: I. eam animi duritiam stuporem potius quam virtutem putarem; dom 97. — II. istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore; Tusc III 12. — III, 1. ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt; Phil II 115. qui propter stuporem cordis cognomen ex contumelia traxerit; Phil III 16.

stupro, schänden, entehren: I. qui religiones omnes pollueris aut ementiendo aut stuprando; dom 125. — II. stuprata per vim Lucretia a regis filio; fin II 66.

stuprum, Schändung, Entehrung, Buhlschaft: I. quod adulterium, quod stuprum, quae libido non se proripiet ac proiciet? fin II 73. — II, 1. quod nefarium stuprum non per illum (factum est)? Catil II 7. nostra in re publica, quae per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret, inventa est; fin V 64. — 2. qui a stupro arcentur infamiae metu; leg I 51. cum illum cognovi muliebri ornatu ex incesto stupro emissum; har resp 4. — III. processit qua auctoritate vir! vini, somni, stupri plenus; sen 13. — IV. stuprorum et scelerum exercitatione adsuefactus; Catil II 9. quae ad suspicionem stuprorum ac libidinum pertinerent; Font 38. hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum; Sest 20. — V, 1. debilitati stupris; Catil II 10. cuius ille lacus, nemora finesque saepe omni nefario stupro et scelere macularat; Milo 85. — 2. quod noctu stupri causa lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem; Ver V 34.

suadeo, raten, anraten, empfehlen, überreden, überzeugen: I, 1. ceteri utilitatis modo finem in suadendo et in dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt; inv II 12. in suadendo nihil est optabilius quam dignitas; de or II 334. — 2. nemo est, qui tibi sapientius suadere possit te ipso; ep II 7, 1. haec eo spectant, ut et horter et suadeam; ep XIII 4, 3. — II, 1. *de* Dolabella quod scripsi, suadeo videas, tamquam si tua res agatur; ep II 16, 7. — 2. suadebit tibi, ut hinc discedas; div Caec 52. — 3. cum mori suadeas; fin II 95. — 4. nisi multorum praeceptis mihi ab adulescentia suasissem nihil esse in vita magno opere expetendum, nisi . .; Arch 14. — III. suadere aliquid aut dissuadere gravissimae mihi personae videtur esse; de or II 333. tu, quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato; A XIII 38, 2. suasit Serviliam legem Crassus; Bru 161. desperans victoriam primum coepi suadere pacem; ep VII 3, 2. in hac rogatione suadenda; Milo 47.

suasio, Empfehlung, Empfehlungsrede: I. suasio (est rerum) futurarum; part or 13. quae sunt ad Alexandrum hominum eloquentium et doctorum suasiones; A XIII 28, 2. — II, 1. facio: f. III, 1. — 2. cum constet hoc genus causarum ex suasione et dissuasione; part or 85. — III, 1. quoniam plura sunt orationum genera, laudationum et talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum; orat 37. — 2. quae (praecepta) de suasionibus tradenda sunt aut laudationibus; de or II 333.

suasor, Ratgeber, Fürsprecher: I. huius deditionis ipse Postumius, qui dedebatur, suasor et auctor fuit; of III 109. quamvis non fueris suasor et im-

pulsor profectionis meae, approbator certe fuisti; A XVI 7, 2. — II, 1. suasori proponitur simplex ratio; part or 85. — 2. quid interest inter suasorem facti et probatorem? Phil II 29. — III. enumeratio reliqua est, laudatori numquam || non numquam ||, suasori non saepe, accusatori saepius quam reo necessaria; part or 59. — IV. suasoris finis est utilitas eius, cui quisque suadet; fr E VIII 5.

suaviloquens, lieblich redend: ut Menelao Laconi quaedam fuit suaviloquens iucunditas; rep V 11.

suaviloquentia, liebliche Rede: et oratorem appellat et suaviloquentiam tribuit; Bru 58.

suavis, lieblich, angenehm: si in dicendo suaves atque ornati fuerunt; de or I 49. mi suavissime Volumni; ep VII 33, 1. isti lauti herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius; ep VII 26, 2. quam suavis ei (Caesari) tuus adventus fuerit et recordatio veteris amoris; Q fr II 13, 1. utebatur eo cibo, qui suavissimus esset; fin II 64. color suavis; Tusc V 46. ad tuas suavissimas epistulas; A II 13, 1. gener est suavis mihi, Tulliae, Terentiae; A VII 3, 12. suave genus erit dicendi elegantia et iucunditate verborum sonantium et levium; part or 21. propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit; Sex Rosc 63. o medicum suavem! ep VII 20, 3. gravi ac suavi commotus oratione; inv I 3. fiet etiam suavis oratio, cum aliquid aut inusitatum aut inauditum aut novum dicas; part or 22. non poëta solum suavis, verum etiam ceteroqui doctus (Simonides) traditur; nat I 60. recordatio: f. adventus. vitam hanc rusticam et honestissimam et suavissimam esse arbitrantur; Sex Rosc 48. ut (vox) clara sit, ut suavis; of I 133.

suavitas, Lieblichkeit, Annehmlichkeit: I. accedat huc suavitas quaedam oportet sermonum atque morum; Lael 66. hanc dico suavitatem, quae exit ex ore; quae quidem in Latino sermone huius est urbis maxime propria; de or III 42. ut sit difficile iudicium excellentis maxime suavitatis; de or III 25. exit: f. est. — II, 1. adsumemus etiam suavitatem; part or 31. dico: f. I. est. nondum (puer) gustaverat vitae suavitatem; Tusc I 93. suavitatem Isocrates habuit; de or III 28. ut (orator) suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam; de or III 103. ut mihi quoque et Catulo tuae suavitatis aliquid impertias; de or II 16. — 2. neque tu tua suavitate nos privabis; de or II 126. — 3. qui in hac suavitate humanitatis versari periucunde soleret; Cael 25. — III. accepi tuas litteras plenissimas suavitatis; ep IX 18, 1. — IV. alqd: f. II, 1. impertio. iudicium: f. I. excellit. — V, 1. unguentis summa et acerrima suavitate conditis; de or III 99. ut delectatio (sit) voluptas suavitate auditus animum deleniens; Tusc IV 20. — 2. quem (Scaevolam) omnes amare meritissimo pro eius eximia suavitate debemus; de or I 234. propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis tuae; ep III 1, 1.

suaviter, lieblich, angenehm: quam suaviter voluptas sensibus nostris blandiatur; Ac II 139. eruditissimos homines Asiaticos quivis Atheniensis indoctus non tam bene quam suaviter loquendo facile superabit; de or III 43. sicut tu amicissime et suavissime optas; ep III 12, 2. tuae suavissime ad eum et humanissime scriptae litterae; ep XIII 18, 1.

suavium f. **savium.**

sub, unter, unterhalb, nahe, unmittelbar nach: I, 1. numquam (te) sub legum et iudiciorum potestatem casurum esse duxisti? Ver V 144. quae sub aspectum cadunt; Tim 11. legionibus nostris sub iugum missis; of III 109. quod vi sua id, quod sub eam vim subiectum est, certe efficit, ut: ignis accendit; Top 58. qui urbes Achaiae sub imperium populi Romani dicionemque subiunxit; Ver I 55. — 2. movet rerum, quasi gerantur, sub aspectum paene subiectio; de or III 202. — 3. mense Decembri sub dies festos; Q fr II 1, 1. sub eas (litteras Lepidi) statim recitatae sunt tuae; ep X 16, 1. — II, 1. qui sub terra semper habitavissent bonis domiciliis; nat II 95. quoniam sub nomine pacis bellum lateret; Phil XII 17. sub signo claustrisque rei publicae positum vectigal; agr I 21. »conspicies Austri stellas sub pedibus stratas radiantis Aquari«; H IV, a, 416. nunc (pisces) sub oculis sunt; Ac II 81. venibit sub praecone tota Propontis; agr I fr 3. — 2. demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub Novis distortum eiecta lingua; de or II 266. ut non multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur; Ac II 4.

subabsurde, etwas ungereimt: quae a prudentibus quasi subabsurde salseque dicuntur; de or II 275.

subabsurdus, etwas abgeschmackt, unpassend: A. sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula; de or II 274. movet etiam tempus discessus subabsurdum; A XVI 3, 4. — B. subabsurda dicendo risus moventur; de or II 289.

subaccuso, ein wenig tadeln: subaccusa, quaeso, Vestorium; A XIII 46, 3. me desiderari, subaccusari; A XVI 7, 1.

subactio, Durchbildung: subactio est usus, auditio, lectio, litterae; de or II 131.

subadroganter, etwas anmaßend: vereor, ne subadroganter facias; Ac II 114.

subagrestis, etwas bäuerisch: qui (Cotta) sonabat subagreste quiddam planeque subrusticum; Bru 259.

subamarus, etwas bitter: ut alios (homines) dulcia, alios subamara delectent; fat 8.

